(*a*) §. I. Porro victum, qui temere litigavit, non modo quod in litem victor impendit, ſed generaliter quicquid hic damni cepit ob eam cauſſam, inferre, eſt aequum.

(*d*) *Ex cit. lit. Reg.*

le dette ſpeſe, di cui non può dimandarſi altro, che una ſola reviſione; nè contr' a coteſta ſola reviſione ſi potrà rimedio alcuno produrre eccettochè le nullità, con depoſitarſi prima quella quantità, che parrà al giudice.

§. *I. Oltre a ciò giuſto è, che il perdente, che troveraſſi di aver temerariamente litigato, pagbi non ſolamente le ſpeſe della lite, ma generalmente ogni danno ancora, che averà colui patito per una ſimil cauſa.*

De feriis.

T I T U L U S XXI.

L E X I.

JUridicis tantum diebus, qui in forenſi Kalendario numerantur, exerceri judicia poſſunt: tempore feriarum, ſive ſolennium, ſive repentinarum quieſcant; niſi ſi quis caſus Romano, noſtrove jure exceptus occurrat (*a*). Ita latrones, ceteroſque atrociorum ſcelerum reos feriatitis quibuſque diebus, ac vel ipſo die Paſchatis in quaeſtionem dari, publice intereſt (*b*). Item ſi quis in hebdomada ſancta, aliiſque feriis in honorem Dei inſtitutis meditate occiderit, ſacrilegium, rapinamve fecerit, ſacras aedes violaverit, Divina officia turbaverit, aliudve atrox

Delle ferie.

T I T O L O XXI.

L E G G E I.

I Giudizj poſſono farſi ne' ſoli dì giuridici, i quali ſon notati nel Calendario del Tribunale; al tempo poi delle ferie ordinarie, o ſtraordinarie tacciano eſſi del tutto, purchè non intervenga alcun di quei caſi, i quali ſono eccettuati per lo jus Romano, o noſtro municipale. E ſecondo ciò egli importa al pubblico, che i ladroni, ed ogni altro commettitore di atroci delitti ſieno poſti alla tortura in ciaſcun dì feriato, e nello ſteſſo giorno della Paſqua. Parimenti, ſe alcuno nella ſettimana ſanta, od in altre ferie inſtituite ad onor di Dio, penſatamente farà alcun omicidio, e ſa-

atrox facinus admiſerit; quod feſtorum dierum vacationem non debet mereri, qui eorum violat ſanctitatem, placet, Magiſtratus, alioſque juridicos Regios, Baronaleſve, pro ſua quemque juriſdictione, iis ipſis diebus, quaſi non ſint feriati, quam poſſunt celerrime, maxime ſi reus flagranti crimine, aut in fuga deprehendatur, ea omnia facere, quibus eſt opus, ut debitis ſceleri poenis ſubdatur, non expectato peculiari juſſu Regis. (c) Denium poſſunt Locumtenens R. Camerae Summariae, Magnamque Curiam V. Regens feriatis diebus conventum agere domi ſuae Praeſidum, Judicumque: hic, ſi quas criminales cauſſas celeries expediri oportere arbitretur: ille, ſi qua negotia magni momenti ad Regii patrimonii oeconomiam pertinentia per eos dies repentino occurrant.

(a) *Ex cap. proviſo juris ſanctio.*
(b) *Ex Pr. 4. de exulib.*
(c) *Ex Pr. 75. §. 62. de off. proc. Caeſ., & ex Reg. lit. diei 5. Mart. an. 1729.*

(*a*) §. I. Feriae, quas dici *aeſtivas* mos erat, quaeque pridie id Jul. incipiebant, ac durare per totum Octobr. conſueverunt, omnino aboleantur. Tantum debitoribus, reiſque abſentibus prodeſſe id tempus, placet, ne cum periculo vitae, quod mutato per id tempus caelo imminet, praeſentes adeſ-

ſacrilegio, o rapina, o violerà le Chieſe, o perturberà i divini uſiƷj, o commetterà altro atroce delitto, poichè non dee godere del privilegio de' dì feſtivi colui, il quale a' dì feſtivi non porta riverenza, egli è diſpoſto, che tutti i Magiſtrati, e gli altri giudici Regj, o Baronali, ciaſcuno ſecondo ſua giuridizione, in quei medeſimi giorni, come ſe non foſſero feriati, maſſimamente quando ſon colti i malfattori in ſul fatto, o nella fuga, facciano tutte quelle coſe, che ſon neceſſarie, perchè i detti malfattori ſoggiacciano alle debite pene, ſenza altramenti aſpettare particolar licenza di S. Maeſtà. Finalmente il Luogotenente della R. Camera della Sommaria, e'l Reggente della G. Corte della Vicaria poſſono tenere tribunale in lor caſa ne' dì feriati, il primo quando occorra di doverſi trattare alcuna repentina cauſa di gran momento pertinente al Regal patrimonio, il ſecondo quando gli paja, che alcuna criminal cauſa debba ſenza dimora ſpedirſi.

§. I. Le ferie, che chiamavanſi eſtive, e le quali, incominciando dal dì primo di Luglio, duravano per tutto l'Ottobre, ſieno abolite. Solamente queſto tempo giovi a' debitori, ed a' rei aſſenti, affinchè con pericolo della vita per la mutazione dell' aria non ſieno coſtretti di preſentarſi. Affinchè poi i Giu-

adeſſe compellantur. Quo autem judices, advocati, procuratores, litigatoreſque diuturniore aliquo otio corporis, & ingenii vires reparent, eis feriae indulgentur dierum XLV. a Kalendis Octobris ad XVII. Kal. Decembris: perque id tempus officialibus permittitur, quo intra Regnum voluerint, abire. Hoc de S. Conſilio, R. Camera Summariae, M. Curia V., intelligendum eſt. In aliis urbanis, provincialibusve Curiis, uti factum hactenus pro veteri cujuſque inſtituto, ita dein fiat (b). Sed publice tamen expedit, ſemel in hebdomada conventum Praeſidum haberi apud R. Camerae Summariae Locumtenentem: binis autem vicibus in ſingulas hebdomadas convenire judices M. Curiae V. criminalis, Auditoreſque provinciarum, hos in Tribunal, illos ſive in Tribunal, ſive apud Regentem, uti hic arbitrabitur (c): demum manere in Urbe judices duos M. Curiae V. civilis, totidemque criminalis in orbem arbitratu Regentis, ea, quae pati moram non poſſunt, expedituros.

(a) *Ex Conſt. an. 1738. §. 1. n. 34., & ex Reg. lit. diei 18. Sept. an. 1753.*

(b) *Ex praxi, & Reg. lit. diei 17. Sept. an. 1746., & diei 18. Sept. an. 1753.*

(c) *Ex cit. Conſt. an. 1738. §. 1. n. 34.*

i Giudici, gli Avvocati, i Proccuratori, ed i litiganti con un riposo alquanto lungo, ſi riſocillino di mente, e di corpo, ſono concedute loro le ferie di quarantacinque giorni, incominciando dal dì primo di Ottobre per tutto il dì quattordici di Novembre; nel qual tempo è permeſſo a' Magiſtrati di andare ovunque piaccia loro, purchè non eſcano del Regno. Queſto però intendaſi del S. R. Conſiglio, della R. Camera della Sommaria, e della G. C. della Vicaria. Negli altri Tribunali poi di Napoli, e delle Provincie ſi oſſervi quel, che fin quì ſi è dintorno a ciò praticato. Ma egli importa, che in tal tempo la R. C. della Sommaria una volta la ſettimana ſi congreghi in caſa del Luogotenente; e la G.C. della Vicaria Criminale ſi tenga due volte la ſettimana, come due volte anche ſi tenga l' Udienza nelle Provincie; cioè l' Udienza nel ſuo Tribunale, la G. Corte o nel Tribunale, od in caſa del Reggente, ſecondochè a coſtui parrà. E finalmente debbono ſempre dimorar fiſſi in Napoli due Giudici della Vicaria Civile, ed altri due della Criminale, da prenderſi in giro ſecondochè parrà al Reggente, perchè ſpediſcano quelle coſe, che non ammettono indugio.

Quì finiſce la traduzione dell' Avvocato Elia Serrao.

CO- DEL

CODICIS
LEGUM NEAPOLITANARUM
LIBER SEXTUS.
De contractibus filiorumfamilias.
TITULUS I.
LEX I.

(a) Filiifamilias non ex mutui tantum cauſſa, uti S.C. Macedoniano cautum erat, ſed ex quovis alio contractu inutiliter obligantur, niſi aut parentes, in quorum poteſtate ſunt, praeſentes conſentiant, aut ii ſeorſim a parentibus habitent cum uxoribus, & familia. Proinde caveant actuarii cujuſvis Curiae, notariive, ne recipiendis obligationibus, deſcribendiſve contractibus filiorumfamilias operam ſuam, auctoritatemque praeſtent. Si praeſtiterint contra

tra

DEL CODICE
DELLE LEGGI NAPOLETANE
LIBRO SESTO.
De' contratti de' figli di famiglia.
TITOLO I.
LEGGE I.

Nulle ſono le obbligazioni de' figli di famiglia non ſolo per cauſa di mutuo, ſecondochè trovavaſi diſpoſto per lo Senatuſconſulto Macedoniano, ma per qualunque altra cauſa, ſe o non vi conſentano preſenti all' atto i padri, nella cui poteſtà ſono, o non abitino eſſi ſeparatamente da' padri colle mogli, e colla famiglia. Badino perciò gli attuarj di qualſivoglia Corte, e i notai a non ricevere gli obblighi, ed a non diſtendere in carta i contratti de' figli di famiglia contra la diſpoſi-

zio-

tra jus, officio dejecti ducati DC., aliiſque arbitrariis poenis damnentur. Impune tamen iis eſſe placet, ſi interrogationibus, num illi ſint filiifamilias, habitentve ſeorſim, illoſque admonentibus hujus Legis ſit a filiisfamilias falſo reſponſum, ſe ſui juris eſſe, vel ſeorſim habitare: modo id adnotent in ipſis actis: niſi notario, actuariove pluſquam manifeſtum ſit, eum eſſe filiumfamilias, nec ſeorſim habitare (*b*). Quod vero quum filiifamilias falſa reſpondent, ſi patres exceperint de contractu nullo, periculum eſſe poteſt, ne qui cum filiisfamilias contraxerunt hos falſi poſtulent, accuſationem iis ipſis inſtruentes, quae per patres probata ſunt: quo tum fit, ut hi filiis ſuis metuentes a lite deſiſtant, ac non debitum ſolvant; placet, quum ſit, vel eſſe debeat qui contrahit cum alio non ignarus conditionis ejus, ſi filiifamilias falſa reſpondeant, id genus falſi impunitum relinqui.

zione di queſta Legge ſotto pene di perder l' ufizio, e di pagare ducati DC. al fiſco oltre altre pene arbitrarie. Ma non portino pena alcuna, quandochè domandando, ſe ſien coloro figli di famiglia, ed abitino ſeparatamente, ed ammonendogli di queſta Legge, ſia loro da' figli di famiglia riſpoſto il falſo; purchè ciò ne' medeſimi atti ſi noti: e purchè non ſia più che manifeſto al notajo, o all' attuario, che colui ſia figlio di famiglia, e che non abiti ſeparatamente. Ma perchè, quando i figli di famiglia riſpondono il falſo, ſe opporranno i padri la eccezione della nullità del contratto, può eſſerci pericolo, che coloro, i quali han contratto co' figli di famiglia, non gli accuſino di falſità, avvalendoſi delle medeſime pruove, che han fatte i padri: onde poi avviene, che temendo coſtoro pe' figli, deſiſtano dalla lite, e paghino quel, che non ſi doveva; egli è diſpoſto, ch' eſſendo, od eſſer dovendo chi con altrui contrae non ignaro della di lui condizione, ſe i figli di famiglia riſpondano il falſo, coteſta ſorte di falſità ſi laſci impunita.

(a) *Ex Pr. un. de S. C. Macedoniano.*
(b) *Ex Pr. 63. §. 8. de off. proc. Caeſ.*
(*) Quì comincia la traduzione di Gioſeppe Paſqual Cirillo.

(*a*) §. I. Quod filiifamilias ſe ſoluturos promittunt poſt mortem parentum, eo non fit, ut locus eſſe non debeat huic Legi.

§. I. Perchè promettano i figli di famiglia di pagare dopo la morte de' padri, ciò non fa, che queſta Legge non debba aver luogo.

(a) *Ex Pr. v. de contract.*

(*) §. II. Sed filiosfamilias ſcienti-

§. II. Ma vuole la pubblica ragion

tibus patribus mercaturam facientes recte obligari, quamvis nec habitent ſeorſim, neque iis praeſentibus contrahant, publica commerciorum ratio ſuadet.

(*) Ciò ſi rappreſentò a S. M.

De S. C. Vellejano.

TITULUS II.

LEX I.

(*a*) QUod experimento compertum eſt, mulieres, qua facilitate pro aliis intercedunt, eadem ipſa facilitate beneficio S. C. Vellejani renunciare, ſeque eo non uſuras jurare, tanquam juris ſui bene conſcias; nec ullo metu ad renunciandum, jurandumque inductas; ne ſenatuſconſultum illud per eam ipſam muliebris ſexus imbecillitatem, cui voluit proſpectum, eludi tam facile contingat; jubetur, ſi quando mulieres, praeſertim nuptae, quae maritali ſermone, aut reverentia facillime vincuntur, S. C. Vellejano, aut huic Conſtitutioni abrenunciaverint; etiam juratae, affirmanteſque, ſe ſcientes volentes abrenunciare, & jurare, nihil iſtorum omnium quidquam valere, quaſi illae ſemper jus ſuum, aut ſaltem quod ſibi expediat, ignorent: ac ſi forte ſcierint, gravi metu inducantur ad contrahendum; Notarii, actorumve magiſtri cujuſvis Curiae in-

gion de' commerzj, che i figli di famiglia eſercitanti la mercatura colla ſcienza de' padri validamente ſi obblighino, tuttochè non abitino ſeparatamente, e non contraggano alla loro preſenza.

Del Senatuſconſulto Vellejano.

TITOLO II.

LEGGE I.

SApendoſi per eſperienza, che le donne con quella facilità, colla quale ſi obbligano per altrui, con quella medeſima facilità rinunziano al benefizio del Senatuſconſulto Vellejano, e giurano di non avvalerſene, come ben conſapevoli di lor ragione, e non indotte da timore a rinunziare, ed a giurare; perchè non avvenga, che quel Senatuſconſulto per quella ſteſſa debolezza del ſeſſo donneſco, cui volle provvedere, tanto facilmente ſi eluda; ſia diſpoſto, che, ſe mai le donne ſpezialmente le maritate, le quali faciliſſimamente ſon vinte dalle carezze, e dalla reverenza de' mariti, rinunzieranno al Vellejano, od a queſta Coſtituzione; tuttochè vi rinunziino giurando, e dicendo di rinunziare, e giurare con certa ſcienza, e di ſua ſpontanea volontà; coteſte rinunzie non vaglian per nulla, eſſendo da preſumere, che ſempre ignorino il proprio diritto, o quello almen, che lor giova: e poſto che non l'ignorino,

Digitized by Google

interceſſiones, renunciationes, & juramenta mulierum quacumque ſcriptura excipientes contra S. C. Vellejanum, & hanc Conſtitutionem, officiis decidant ipſo jure, ac ducatos DC. fiſco pendant.

(a) *Ex Pr. un. de S. C. Vellejano.*

§. I. His conſequens eſt, ſi ſcriptum ſit, fuiſſe mulieres a notariis, actorumve magiſtris pleniſſime inſtructas de jure ſuo, non eam eſſe iſtius clauſulae vim, ut poſſit vel hos poenis eximere, vel illarum renunciationes tueri.

§. II. Jam vero oppoſita hujus Legis exceptione impediri placet ingreſſum litis, & in dubiis cauſſis eam interpretetionem haberi potiorem, quae mulieribus favet.

Si cui Superintendens eſt datus.

TITULUS III.

LEX I.

(a) NObilibus viris, qui fortunae injuria, ſuove vitio facultatibus labi caeperunt, aliquem Magiſtratuum Regiorum dari a Rege *Superintendentem*, mos eſt, qui diſtrahat aes alienum, minuat expenſas, & generaliter rem familiarem curet. Quod vero experientia compertum, eorum

rino, vi ſi laſcin trarre da grave timore. I notai, o i maſtri d' atti di qualunque Corte, che metteranno in iſcrittura, qualunque ſia, coteſti obblighi, coteſte rinunzie, e coteſti giuramenti delle donne contr' al Senatuſconſulto Vellejano, ed a queſta Coſtituzione, perdono ipſo jure *i loro ufizj, e diano DC. ducati di pena al fiſco.*

§. I. Segue da ciò, che, ſe ſi trovi ſcritto, eſſere ſtate le donne pieniſſimamente iſtrutte di lor ragione da' notai, o da' maſtri d' atti, non è tale la forza di coteſta clauſula, che poſſa o liberar coſtoro di pene, o far che vagliano le rinunzie di coloro.

§. II. Oltre a ciò, oppoſta l' eccezione di queſta Legge, s' impediſca l' ingreſſo della lite, e prevalga nel dubbio la interpretazion favorevole alle donne.

Se a taluno ſia ſtato dato il Soprantendente.

TITOLO III.

LEGGE I.

A' *Nobili uomini, che per colpa di fortuna, o ſua incominciano ad impoverire, ſuol dal Re darſi per Soprantendente alcun de' Regj Magiſtrati, che diſmetta i debiti, moderi le ſpeſe, e generalmente prenda cura della roba. Ma poichè ſi è per eſperienza conoſciuto, che alcuni di eſſi, contraen-*

Digitized by Google

rum nonnullos debita clam contrahentes Magiſtratuum curam fruſtrari, V. idus Aprilis anni 1749. Lex edita fuit, qua cautum, ſi quis eorum debita contraxerit ſine *Superintendentis* conſenſu, veniaque Regis, eum non obligari: creditoremque fruſtra ſperare, naſci ſibi ex contractu nullo actionem: quod nunc confirmatur. De debitis non dum edita ea Lege contractis, uti aliis Legibus proviſum eſt, ita erit judicandum.

(a) *Ex Pr. diei 17. Mart. an. 1749. edita d. Apr.*

(*a*) (*) §. I. Porro non poſſe eum, cui *Superintendens* eſt datus, ſine hujus conſenſu, Regiſque venia alienare, Regiis ad *Superintendentes* literis ſaepiſſime comprehenſum eſt: quod nunc edictali hac Lege cavetur. In ſumma is, cui *Superintendens* eſt datus, in contractibus, qui irrevocabiliter expediuntur inter vivos, eodem jure cenſentur cum iis, quibus bonorum adminiſtratione eſt interdictum.

(a) *Ex multis Reg. lit.*
(*) Ciò ſi rappreſentò a S. M.

traendo naſcoſtamente debiti, rendeano vana la cura de' Magiſtrati, nel dì 9. del meſe di di Aprile dell' anno 1749. fu pubblicata una Legge, per cui ſi ordinò, che ſe taluno di eſſi contrarrà debiti ſenza il conſenſo del Soprantendente, e ſenza il Regio permeſſo, non reſta obbligato: e che ſpera in vano il creditore, che da un contratto nullo gli naſca azione: il che ora per la preſente Legge ſi conferma. De' debiti contratti prima della pubblicazione di quella Legge ſi dovrà giudicare, ſecondochè per altre Leggi ſi è provveduto.

§. I. *Oltre a ciò ne' Regj* Diſpacci *a' Soprantendenti ſpeſſiſſime volte ſi è detto, non poter colui, al quale ſi è dato il Soprantendente, ſenza'l coſtui conſentimento, e la licenza del Re alienare, il che ora ſi ſtabiliſce per lo preſente editto. Finalmente colui, al quale ſi è dato il Soprantendente, per quei contratti, che irrevocabilmente ſi fanno tra' vivi, ſi conſideri come coloro, a' quali è ſtata l'amminiſtrazion de' beni interdetta.*

De De'

De contractibus Judicum, aliorumque officialium.

TITULUS IV.

LEX I.

(a) Judices, alioſque officiales negotiatione, contractibuſque nonnullis, qui mox ſubiicientur, abſtinere non ſolum decet, ſed & publice expedit, ne ab officio avocentur, neve ſuſpicio incurrat fraudis alteri factae per potentatum.

(a) Ex *Pr.* 8. *de emt. & vend.*, & *Pr.* 6. §. 4. *de trigeſ.*

(a) §. I. Caveant igitur Conſiliarii S. Conſilii, Praeſides R. Camerae Summariae, Judices M. Curiae V., Auditores provinciales, fiſci Advocati, quique Regali Camerae S. Clarae aut a ſecretis ſunt, aut ab actis: item actorum magiſtri, & in univerſum officiales omnes majores, minoreſve cuilibet Urbis, Regnive Curiae addicti, ne quo in loco, quave in provincia officium quiſque ſuum exercent, mercaturam faciant per ſe, aut per alios. Rei hujus Legis officij jactura, aliiſque poenis pro Regis arbitrio luent.

(a) *Ex Pr.* 1. *de mercat. official. prohib.*, & *ex Pr.* 14. §. 2. & 5. *de official. & his, quae eis proh.*

(a) §. II. Quod autem eorum nonnulli in feudis ſuis frumentum, aut ſi quid eſt aliud mercium

De' contratti de' Giudici, e degli altri ufiziali.

TITOLO IV.

LEGGE I.

Non ſolo è decente, ma giova ancora al pubblico, che i Giudici, e gli altri ufiziali ſi aſtengano dalla mercatura, e da alcuni contratti, i quali appreſſo ſi diviſeranno, perchè non ſi diſtolgano dall' ufizio, o non entri il ſoſpetto di aver eſſi per potenza fatto danno ad altrui.

§. *I. Si guardino dunque i Conſiglieri del S. Conſiglio, i Preſidenti della R. Camera della Sommaria, i Giudici della G. Corte della V., gli Auditori delle provincie, gli Avvocati fiſcali, il Segretario, e gli attitanti della Real Camera di S. Chiara: anche i maſtri d' atti, e generalmente tutti gli ufiziali maggiori, o minori addetti a qualunque Corte della capitale, o del Regno di non mercatantare nel luogo, o nella provincia, in cui eſercitano i loro ufizj, nè da ſe medeſimi, nè per mezzo d' altrui. I traſgreditori di queſta Legge ſi puniranno colla perdita dell' impiego, e con altre pene ad arbitrio di S. Maeſtà.*

§. *II. E perchè alcuni di eſſi ne' loro feudi ammaſſavano grano, od altre merci, allegando per iſcu-*

Digitized by Google

cium congerebant, fundorum ſuorum neceſſitatem cauſſantes; ne ſub eo praetextu exercere mercaturam impune poſſent, jam placuit, id eos facere prohiberi: quin recte facturos, ſi ſuos fundos locaſſent; non tamen vetari, eos colere ſuo ſumtu, perceptoſque inde fructus vendere: quod ſi paſcuas ſilvas, ſeptave paſcua haberent, neque eſſet, qui ea conduceret ita ut oporteret, ne fructu carerent ejus anni, pecus emere in eam rem, exorandam ſibi eſſe indulgentiam Principalem; ſed non licere tamen eis plus habere pecoris, quam paſcuorum modus poſtularet. Eadem hac Lege confirmentur, ſupraſcriptaeque poenae contra facientibus comminentur.

(a) *Ex cit. Pr. 6. §. 4. de trigeſim.*

(a) §. III. Item illi contractus *cambii* facere mercaturae cauſſa vetantur ſub iiſdem poenis: hoc plus, ſi quas ſummas Regia Curia debet ex ſcripturis, quae vulgo dicuntur *liberanze*, credita id genus emere, aut ſuper iis alias contrahere, niſi ſua ipſorum res agatur: quo caſu propoſitis poenis poena etiam amiſſae ipſo jure actionis contra R. Curiam, & contra eos, quibuſcum contraxerunt, tanquam cumulus accedat.

(a) *Ex cit. Pr. 1. de mercat. official. prob.*

(a) §. IV.

ſa la neceſſità de' proprj fondi; perchè ſotto tal preteſto non poteſſero impunemente eſercitare la mercatura, fu già ſtabilito, che ciò foſſe loro interdetto; anzi che avrebbono fatto bene, ſe aveſſero allogati i proprj fondi; ma che non era vietato loro coltivargli a proprie ſpeſe, e vendere i frutti, che ſe ne ſarebbero percepiti: che ſe aveano ſelve, o diſeſe, le cui rendite conſiſteano ne' paſchi, nè ci foſſe, chi le toglieſſe a fitto, di modo che biſognaſſe, perchè non reſtaſſer privi del frutto di quell' anno, comperar beſtiame a quell' uſo, doveano impetrarne la licenza dal Principe; ma che non era loro permeſſo di tenere più beſtiame di quel, che richiedeva la quantità de' paſchi. Conferminſi le medeſime coſe per la preſente legge, e ſi minaccino delle ſopraſcritte pene i traſgreſſori.

§. *III. Parimenti è loro vietato far contratti di cambio per cauſa di mercatura ſotto le medaſime pene: e ſe alcune ſumme deve la Regia Corte in virtù di ſcritte volgarmente dette* liberanze, *è vietato anche loro comperar crediti di tal ſorte, od altrimenti contrarre circa eſſi, purchè non ſi tratti il lor propio intereſſe: nel qual caſo alle ſuddette pene ſi aggiunga ancora la pena della perdita dell' azione contra la R. Corte, e contra coloro, co' quali han contratto, da incorrerſi* ipſo jure.

§. IV.

(*a*) §. IV. Iidem eorum aliquid, quae ad Regium patrimonium quoquo modo ſpectant, per ſe, aut per alios ne conducant, nec participes ſint iſtarum conductionum, ſi commiſerint in hanc Legem, officiis, aliiſque gravioribus, uti Regi placuerit, poenis multandi. Quiſvis eos admiſerit in partem, ducatos mille inferet fiſco, aliaſque dabit pro Regis arbitrio poenas. (*b*) Eadem de caeteris negotiationibus, in quibus privati cum fiſco veniunt in ſocietatem, per omnia ſerventur (*c*). Quod vero maxime omnium Locumtenentem, Praeſides, caeteroſque Camerae Summariae officiales majores, minoreſve quum proprietarios, tum ſubſtitutos, qui participes ſunt ſportularum ſalis, & ſacchari, ea re abſtinere intereſt fiſci, eos etiam, qui pretio, aliave quavis re conducti in miniſterio illorum ſunt, quamvis non in eadem domo habitent, ejus generis bona conducere, aut participes eſſe iſtarum conductionum prohibetur ſub iis, quas Rex arbitrabitur, poenis.

(a) *Ex cit. Pr.* 1. *de mercat.*, *Pr.* 17. §. 2., *Pr.* 66. §. 4., *Pr.* 75. §. 43. & 107. *de off. proc. Caeſ.*, & *ex Pr.* 2. *de off. Quaeſt.*
(b) *Ex cit.* §. 43.
(c) *Ex cit.* §. 107.

§. IV. I medeſimi non tolgano a fitto o da ſe medeſimi, o per mezzo d' altrui alcuna delle coſe appartenenti in qualunque modo al Real patrimonio, nè abbian parte in coteſti affitti, da dovere in caſo di contravvenzione perder gli ufizj, ed eſſer puniti con altre pene più gravi, come a S. Maeſtà piacerà. Chiunque loro ne farà parte, pagherà la pena di mille ducati al fiſco, ed altre ad arbitrio del Re. Per riſpetto de' partiti *ſi oſſervin del tutto le medeſime coſe. Ma perchè importa al fiſco, che ſoprattutto ſe ne aſtengano il Luogotenente, i Preſidenti, e gli altri ufiziali della R. Camera della Sommaria maggiori, o minori così proprietarj, come ſoſtituti, che partecipano delle ſportule del ſale, e del zucchero; è vietato anche a coloro, che in qualunque modo ſalariati ſtanno al loro ſervigio, ſebbene non abitino nella medeſima caſa, di torre a fitto beni di tal genere, o di partecipare di coteſti affitti ſotto quelle pene, che S.M. ſtimerà.*

(*a*) §. V. Demum officia, juriſdictiones, aliave cujuſvis generis bona ad Regium patrimonium quomodolibet ſpectantia, quae a Re-

§. V. Finalmente facciaſi divieto al Luogotenente, a' Preſidenti, all' Avvocato fiſcale, a' Razionali, ed a qualunque altro ufiziale della R.Ca-

Regia Curia diſtrahuntur: bona etiam privatorum, quae fiſco, creditoribuſve inſtantibus interpoſito R. Camerae Summariae decreto veneunt ſive ſub auctione, ſive ſine auctione, Locumtenentem, Praeſides, fiſci Advocatum, Rationales, alioſve quoslibet Regiae Camerae officiales publice, aut clam, per ſe, atu per interpoſitam perſonam durante officio emere non data expreſſe a Rege ejus rei venia, vetatur. Si quis eorum contra fecerit, ſe officio privandum aliamque poenam etiam corporalem arbitratu Regio ſubiturum, & porro quod actum eſt non valere, ſciat. Eſt quidem metuendum, ne ſi quis alius velit meliorem conditionem offerre, officialium gratia abſtineat, hoſque cum fiſci detrimento minoris emere patiatur.

(a) *Ex Pr. 8. de emt. & vend., & Pr. 75. §. 77. de off. proc. Caeſ.*

R. Camera della Sommaria di comperare durante il loro ufizio pubblicamente, o di naſcoſto, da ſe medeſimi, o per interpoſta perſona ſenza eſpreſſa licenza del Re ufizj, giuridizioni, od altri beni di qualunque ſorte ſpettanti in qualſivoglia modo al Real patrimonio, che vendonſi dalla R. Corte: anche i beni de' privati, che per decreto della R. Camera ſi vendono ad iſtanza del fiſco, o de' creditori, o ſi vendono all' incanto, o no. Se alcuno di eſſi contravverrà, ſappia, che dovrà eſſer privato d' impiego, e ſoſtenere altra pena anche corporale ad arbitrio di S. M. e che oltre a ciò l' atto è nullo. E' ben da temere, che volendo altri fare migliore offerta, non ſe ne aſtenga in grazia degli ufiziali, e permetta, che coſtoro comperino per meno con danno del fiſco.

De emtione & venditione.

TITULUS V.

LEX I.

(*a*) USitatiſſimum in hoc Regno eſt, annuos reditus emi vendi. Placet autem, quo foenus abſit, aut ſi quid eſt aliud iniqui, contractus iſtos celebrari ſecundum Conſtitutionem Nicolai V. P. M. inde uſque a temporibus

Della compera, e della vendita.

TITOLO V.

LEGGE I.

E' Frequentiſſima in queſto Regno la compera e la vendita delle annue entrate. Or perchè ne ſia lontana l' uſura, o qualunque altra iniquità, ſi celebrino coteſti contratti ſecondo la Coſtituzione del Sommo Pontefice Nicolò V. ſin da

Digitized by Google

bus Alphonſi Regis in hoc Regno receptam. -

Qui ſi dovea inferire l' intera Bolla, inſerita già nella *Pr. 1. de cenſibus*.

(a) *Ex Pr. 1. de cenſibus*.

(*a*) §. I. Interdum annui reditus emuntur venduntur ad vitam venditoris. Quod vero ſi contrahentibus liceret eos, quanti quanti voluerint, aeſtimare, fieri facile poſſet (quod factum quandoque eſt) ut indigentes pecuniae homines maximos reditus minimi venderent magno familiarum malo; placet, centenis quibuſque ducatis plus emi quam annuos quaterdenos non poſſe: ſi plus ſit emtum, emtorem pretium perdere fiſco inferendum, venditorem fiſco (*) tantundem inferre, notarios autem, qui emtiones iſtas quacumque ſcriptura exceperint, officio privari.

(a) *Ex Pr. 2. eod.*

(*) Se ne fece rappreſentanza a S. M.

(*a*) §. II. Sed infra eas ſummas, quae ſupremae ſint, uſquequaque arbitraria eſſe annuorum redituum aeſtimatio non debet. (*) Si ducatis centum non plus ſit emtum, quam annui decem, uti inter partes convenit, ita ſervetur: ſi plus eo ſit emtum, quamvis minus annuis quatuordecim, in ſingulis cauſſis quid bono & aequo conveniat, ſpectandum eſt. Ergo ſi quando veniat in quaeſtionem, num annui reditus ad vitam venditi minoris venierint, quam aequitas poſtula-

da' tempi del Re Alfonſo ricevuta in queſto Reame.

§. I. Alcune volte ſi comperano, e ſi vendono le annue entrate per la vita del venditore. Ma perchè ſe a' contraenti ſi permetteſſe di eſtimarle a lor talento, potrebbe facilmente accadere (come talvolta è accaduto) che gli uomini biſognoſi di danaro vendeſſero grandiſſime entrate a viliſſimo prezzo in grave danno delle famiglie; è preſcritto, che con ogni cento ducati non poſſano comperarſi più che quattordici ducati l' anno: e che comperandoſi più, il compratore perda il prezzo da applicarſi al fiſco, il venditore dia parimenti al fiſco altrettanto, e i notai, che metteranno in iſcritto coteſte compere, ſieno privati d' ufizio.

§. II. Ma non deve infra quelle quantità, le quali ſiano le più alte, eſſer del tutto arbitraria la eſtimazione delle annue entrate. Se con cento ducati ſieſi comperato non più di dieci ducati l' anno, ſi oſſervi la convenzione: ſe ſieſi comperato più, tuttochè meno di quattordici l' anno, in ciaſcun caſo vuolſi por mente a quel che ſia confacente coll' equità. Dunque ſe mai ſi dubiti, ſe le annue rendite vendute a vita ſi ſieno vendute men che non parea, che l' equità richiedeſſe; i Ma-

lare videbatur ; Magiſtratus qualitate rei venditae , facilitate , vel difficultate, aut periculo exigendi, aetate, ac valetudine venditoris, conſuetudine loci , ubi contractus eſt factus , contrahentium conditione, vera contrahendi cauſſa, & neceſſitate, itemque corporum obligatorum qualitate diligenter perpenſis, de ea re ſtatuant, ut aequum bonum . Sed Sacro tantum Conſilio , aliiſque ſupremis judicum collegiis iſtud arbitrium datum eſt : quae tamen , quotieſcumque inciderit caſus, antequam decretum publicent, de ea re referant ad Regem. Quod ſi quis velit futurae litis incertum, atque impendia vitare, adeat is non dum perfecto negotio judicem competentem: rem totam exponat, curetque muniri contractum decreto, quo illum expedire pronuncietur.

Magiſtrati dopo avere diligentemente eſaminata la qualità della coſa venduta, la facilità, o 'l pericolo della eſazione, l' età, e la ſalute del venditore, la conſuetudine del luogo , ove il contratto ſi è fatto, la condizione de' contraenti, la vera cauſa, e neceſſità di contrarre, e la qualità de' corpi obbligati , determinino , come l' equità vuole , l' affare. Ma coteſto arbitrio è dato al ſolo S. Conſiglio , ed altri ſupremi Tribunali collegiati , i quali però ne facciano a S. M. relazione in ciaſcun caſo, prima di pubblicare il decreto . Che ſe vuol taluno evitare l' incertezza , e le ſpeſe della futura lite, ricorra , primachè ſi perfezioni l' affare, al giudice competente: eſponga il tutto; e faccia munire il contratto del decreto , con cui ſi dichiari , eſſer quello eſpediente.*

(a) Ex *Pr. diei* 10. *Novembris an* 1744.

(*) Molte coſe ſi aggiunſero alla Pr. , e ſe ne fece rappreſentanza a S. M.

L. II.

(*a*) Interdum ſub ſpecie emtionis venditionis latet foenus . Ecce quod faciunt nonnulli, ut hominibus certae pecuniae indigentibus partem pecuniae dent , pro altera parte rem aliam caro , & ultra metas juſti pretii vendant , vel non data pecunia vendant rem ſolam , quam tum illi pecuniae aviditate aut ipſis venditoribus , aut aliis vili vendunt ; id perinde eſt, tanquam ſi pecunia propter

LEGGE II.

Talvolta ſotto l'apparenza della compera, e della vendita ſi naſconde l' uſura. Per eſempio ſe ad uomini biſognoſi di una qualche ſomma di danaro, ſi dà parte di eſſo, e per la rimanente parte ſi vende a gran prezzo , ed oltre la metà del prezzo giuſto una merce, o ſenza darſi danaro ſi vende la merce ſola, cui dipoi od a' medeſimi venditori , o ad altrui vendon coloro per avidità di danaro a vil prezzo

ter dilatam ejus ſolutionem foenori detur. Igitur contractus iſti, ſive ſcripto, ſive ſine ſcripto fiant, ipſo jure nulli ſunto. Notarii, actorumve magiſtri, qui obligationes iſtas ſcienter deſcribunt, primum ducatis DC., ſecundum MCC., atque officio multentur: qui vero clandeſtinum iſtud foenus exercent, rem, (*) ſi adhuc extet apud primos emtores, aut penes ipſum venditorem, quum res eſt revendita, perdant fiſco inferendam, & poenis manifeſti foenoris, aliiſque pro arbitrio Regis ſubiiciantur: ſi res jam tranſiit ad alios, amittant actionem: quodque ex ejus rei alienatione ad primos emtores pervenit, id totum perveniat ad fiſcum. Quod vero difficilis eſt foenoris iſtius probatio, placet, ſi ea merx homini ſit vendita, qui ejus veriſimiliter non indigebat, vel ſi ultra neceſſarium ejus hominis uſum eſſe videatur, hoc ſatis probari foenus, poeniſque hujus Legis locum fieri (*b*). Ita quod alii faciunt, ut ſericum, crocum, linum, cannabim, vinum, triticum, hordeum, aliave victualia, quum pendent adhuc fructus, ad certum pondus, certamve menſuram certo pretio emant, quia pretium ſolvunt ante diem traditionis; id perinde habendum, quaſi quod pecuniae ſolvitur in anteceſſum, detur in foenus. Iſti iti-

zo; coteſto è quaſi lo ſteſſo, che dar danaro ad uſura, perchè ſe ne differiſce il pagamento. Coteſti contratti, in iſcritto, o ſenza ſcrittura ſi facciano, ſieno nulli ipſo jure. *I notai, e i maſtrodatti, che ſcientemente gli diſtendono in carta, paghino la prima volta ducati DC., la ſeconda MCC., e perdan l'ufizio: coloro poi, ch' eſercitano coteſta clandeſtina uſura; perdan la roba, ſe ſia ancora in mano de' primi compratori, o preſſo lo ſteſſo venditore, quando gli ſia ſtata rivenduta, da applicarſi al fiſco, e ſoggiacciano alle pene della uſura manifeſta, e ad altra ancora, ſecondochè parrà a S. M.: ſe la roba ſia già paſſata ad altrui, perdano l' azione: e quel, che per l' alienazione di quella roba è pervenuto a' primi compratori, vada tutto al fiſco. Ma perchè difficile è la pruova di coteſta uſura, ſia pur diſpoſto, che ſe quella merce ſieſi venduta ad uomo, che veriſimilmente non ne avea biſogno, o ſe paja eſſer oltre il di lui neceſſario uſo, ciò baſti a provarla, ed a farſi luogo alle pene di queſta Legge. Così ſe prima della raccolta ſi comperino a certo peſo, od a certa miſura per determinato prezzo, perchè pagaſi anticipatamente, ſeta, zafferano, lino, canape, frumento, orzo, od altre vettovaglie; dee coteſto averſi come ſe 'l danaro, che anti-*

itidem contractus, ſive ſcripto, ſive ſine ſcripto fiant, jure ipſo ſint nulli. Notarii, actorumve magiſtri ſupraſcriptis poenis damnentur. Qui in eum modum pecuniam foenore exercuerint, fiſco pendant ducatos M., aliaſque dent poenas Regio arbitratu: qui pecuniam acceperint, mercem tradere ne compellantur, ſed pecuniam ſolam reddant cum legitimis uſuris.

(a) *Pr. 1. §. 1. 2. & 3. de contract.*
(*) La ſeguente diſtinzione ſi rappreſentò a S. M.
(b) *Ex Pr. 2. de emt. & vend.*

anticipatamente ſi paga, ſi dia ad uſura. Anche coteſti contratti, od in iſcritto, o ſenza ſcrittura ſi facciano, ſieno nulli ipſo jure. *I notai, e i maſtrodatti ſi condannino alle ſuddette pene. Coloro, che a quel modo impiegheranno il danaro ad uſura, paghino al fiſco ducati mille oltre altre pene a noſtro arbitrio: coloro, che 'l prenderanno, non ſieno coſtretti a conſegnar la merce, ma reſtituiſcano ſolamente il danaro colle legittime uſure.*

L. III.

(a) Quod facile furatur is, cui facile eſt rei furtivae emtorem invenire: quodque a non domino facile emit, qui putat rei pretium ſibi ſalvum ſemper fore, ſi emere ſe nomine domini profiteatur; placet, mobilia emi non alias licere, quam a vero domino, hujuſve legitimo procuratore. Si quis, contra quam hac Lege praeſcriptum eſt, emerit, rem vero domino reſtituet amiſſo pretio: nec quod emere ſe nomine domini profeſſus eſt, id eum quidquam juvabit.

(a) *Ex Pr. 1. de emt., & vend.*

LEGGE III.

Perchè facilmente ruba colui, al quale agevol rieſce la vendita della roba furtiva: e perchè compera facilmente chi crede di non mai perdere il prezzo, proteſtando di comperare a nome del padrone; non ſia pur altrimenti lecito di comperar coſe mobili, che dal vero padrone, o dal coſtui legittimo proccuratore. Se taluno comprerà contr' a ciò, che per queſta Legge ſi è determinato, reſtituirà la roba al vero padrone perdendo il prezzo, ſenza che punto gli giovi la proteſta, che fece.

(a) §. I. Eadem ratio facit, ut in provinciis hujus Regni nemini jus eſſe debeat cujuſcumque generis pecus emere, aut vendere, niſi exhibitis a venditore literis ad-

§. I. La medeſima ragion fa, che a niuno debba permetterſi nelle provincie di queſto Regno di comperare, o di vendere beſtiame di qualunque ſorte, ſe non eſibite dal

Digitized by Google

adminiſtratorum univerſitatis ejus loci, unde pecus venit, ex quibus literis de domino pecoris, de fide ejus, qui vendit, & de animalium numero, ac notis conſtet. Niſi haec fuerint ſervata, venditor pretium, & eo amplius ducatos CL. inferet ſiſco. Literas iſtas nullo pretio, praemiove dent adminiſtratores, ſi ſecus fecerint, centenis quinquagenis ducatis multandos in ſingulas vices.

(a) *Ex Pr. 3. eod.*

dal venditore le bollette *degli amminiſtratori della univerſità del luogo, donde il beſtiame è venuto: dalle quali* bollette *coſti del padrone del beſtiame, della puntualità del venditore, e del numero, e de' ſegni degli animali: altrimenti il venditore perda il prezzo, e dia di pena al fiſco ducati cencinquanta. Gli amminiſtratori diano coteſte* bollette *ſenza prezzo, o premio alcuno, da condannarſi in caſo di contravvenzione a ducati cencinquanta per volta.*

L. IV.

(a) Non una cauſſa eſt, cur debeat publice intereſſe, majorum navium malos, remoſve exteris non vendi injuſſu Regio. Si quis ſine Regis venia ſcripto data eos vendiderit extero, eive, quem non ſibi emere, ſed extero ſciat: item ſi vel exterus ſibi, vel non exterus extero emerit, mercis, ac pretii jactura, aliaque poena etiam corporali pro Regis arbitrio punietur.

(a) *Ex Pr. un. de arbor. ſeu malis anten.* Si ſono aggiunte al diſpoſto per la cit. Pr. molte coſe, le quali ſi rappreſentarono a S.M.

LEGGE IV.

Molte ſono le cagioni, onde deve importare al pubblico, che non ſi vendano a ſtranieri ſenza la permiſſione di S. Maeſtà arbori, o remi di navi maggiori. Se alcuno, non datane dal Re licenza in iſcritto, venderagli a ſtraniero, od a colui, che ſappia, che gli compera non per ſe, ma per uomo ſtraniero: e parimenti ſe od alcuno ſtraniero gli comprerà per uomo ſtraniero, od alcuno non iſtraniero gli comprerà per uomo ſtraniero, ſarà punito colla perdita della merce, e del prezzo, e con altra pena anche corporale ad arbitrio del Fiſco.

De venditione, aut locatione rerum ad Regium patrimonium quomodolibet pertinentium.

TITULUS VI.

LEX I.

(a) Res cujuſvis generis ad Regium patrimonium quoquo modo pertinentes vendere Regi tantum licet. Ne ii quidem, qui, Rege ab hoc Regno abſente, Regia vice fungentur, vendere eas auſint ſine Regis venia ſcripto data, literis, quibus illi venditionem fieri jubent, inſerenda. Hoc ſi deſit, venditionis nulla vis eſto.

(a) *Ex Pr. 70. §. 1. de off. proc. Caeſ.*

(a) §. I. Si quando autem eas diſtrahi jus eſt, auctione diſtrahantur propoſitis publice edictis. Sed haec tamen actuarius R. Camerae Summariae ante ne tradat proponenda, quam fuerint intra hanc Urbem, ejuſque territorium a Praeſide commiſſario, Patronoque fiſci ſubſcripta: extra hujus Urbis territorium etiam a Locumtenente. Qui actuarius primum contra fecerit, ducatis L.: qui ſecundum, ducatis C.: qui tertium, officio per annum multetur. Eadem ſolennia, ſi locari debeant, ſerventur.

(a) *Ex Pr. 75. §. 105. eod., & praxi.*

(a) §. II. Regis plurimum inte-

Della vendita, o locazione de' beni in qualunque modo appartenenti al Regal patrimonio.

TITOLO VI.

LEGGE I.

AL Re ſolamente è lecito di vendere i beni di qualunque genere al ſuo patrimonio appartenenti. Nè meno coloro, che, ſtando il Re lontano da queſto Regno, faranno quì le ſue veci, oſino di vendergli ſenza la ſua licenza in iſcritto da inſerirſi ne' diſpacci, *onde coloro ne ordinano la vendita. Se ciò manchi, la vendita non vaglia.*

§. I. Quandochè poi coteſti beni ſi poſſan vendere, vendanſi all' incanto precedente pubblicazion di bandi. Ma l' attuario della R. Camera della Sommaria non gli dia a pubblicare primachè ſieno ſtati ſottoſcritti dentro queſta Città, e 'l ſuo territorio dal Preſidente commeſſario, e dall' Avvocato fiſcale, fuori del territorio di queſta Città anche dal Luogotenente. L' attuario, che contravverrà, la prima volta dia di pena ducati cinquanta, la ſeconda cento, la terza ſia ſoſpeſo d' uficio per un anno. Le ſteſſe ſollennità ſi oſſervino, ſe debbano darſi a fitto.

§. II. Aſſaiſſimo importa al Re, che

tereſt, ejus res locupletibus, atque integrae exiſtimationis hominibus locari; proinde procuratores Regii videant, cujus opinionis ſint, qui ad licitandum accedunt: num famoſi alicujus criminis delati ſint: num in aliis rerum noſtrarum conductionibus ſubleſta eorum fuerit fides: & num eorum bona ex aliis cauſſis obnoxia ſint fiſco: quo poſtremo caſu, niſi publice conſtet, eos eſſe ſic locupletes, ut nihil ſit fiſco a nova conductione metuendum, liceri prohibeantur (b). Id facit, ne permitti cuiquam debeat licitari pro perſona nominanda: (c) nec poſſeſſio conductoribus decerni, niſi ſcripto ediderint nomina ſociorum, ſingulorumque partes expreſſerint, jurati, neminem, cui Lex obſtet, in in partem venire, quo, niſi publice liqueat, eos idoneos eſſe, procuratores Regii de eorum fama, ac facultatibus integra re cognoſcentes indemnitati fiſci proſpiciant.

che dianſi a fitto le ſue robe a perſone ricche, e d' intera fama: il perchè veggano i Regii proccuratori di quale opinione ſieno coloro, che vengono a licitare*: ſe ſieno inquiſiti d' alcun delitto infamante: ſe in altri fitti di robe del Re ſia ſtata mal ſicura la loro fede: e ſe i loro beni ſieno per altre cauſe obligati al fiſco: nel quale ultimo caſo, ſe non ſia notorio, eſſer' eſſi cotanto ricchi, che niente debba il fiſco temere dal nuovo fitto, ſi vieti loro il* licitare. *Per coteſta cagione non dee permetterſi a niuno di* licitare *per perſona* nominanda*: nè ſi dee dare a' conduttori il poſſeſſo, ſe non abbiano dato in iſcritto i nomi de' ſocj, ed eſpreſſa la porzion di ciaſcuno, giurando, che non v' abbia parte altri, cui oſti la Legge; accioccbè, ſe non ſia notorio, eſſer coloro idonei, informandoſi i proccuratori del Re in tempo, che intiera è la coſa, della fama, e delle facoltà loro, provveggano alla indennità del fiſco*

(a) *Ex cit. Pr.* 75. §. 109.
(b) *Ex cit. Pr.* 75. §. 306.
(b) *Ex cit.* §. 109.

L. II.

L E G G E II.

(a) Conductoribus rerum fiſcalium non ante dari poſſeſſionem placet, quam datis idoneis fidejuſſoribus jam caverint fiſco. Quod autem ſolet convenire, ut annua merces in duas, pluresve aequas

Non ſi dia a' conduttori delle robe pertinenti al patrimonio del Re il poſſeſſo primacbè abbiano per idonei fidejuſſori cautelato il fiſco. Perchè poi ſuol pattuirſi, che l' annua penſione ſi paghi diviſa in due, o più

aequas portiones diviſa ſolvatur, fidejuſſores priore caſu in dimidiam, poſteriore in tertiam accipiantur.

(a) *Ex cit. Pr.* 75. §. 110.

più parti eguali, nel primo caſo ſi ammettano i fidejuſſori per una metà, nel ſecondo per un terzo.

L. III.

(*a*) Remiſſioni mercedis, licet quavis majore vi, aut facto tertii minuantur reditus, conductores abrenunciare compellantur. Si vero aut facto ipſius locatoris rei locatae uſus directo impediatur, aut ex turbato univerſali Regni ſtatu damnum capiant conductores, exonerationi mercedis locus detur.

(a) *Ex cit. Pr.* 75. §. 116.

(*a*) §. I. Quod cum fiſcalium redituum conductoribus, ſociis, fidejuſſoribuſque eorum *enſequutive* agendum eſt, exactionem non debet exonerationis mercedis, aliave exceptio impedire. Igitur conductione finita, ſolidaque mercede ſoluta ordinarium de ea re judicium inſtituatur: (*b*) tum vero, ſi ſecundum eum, qui remiſſionem petit, judicandum videatur, antequam prodeat ſententia, de rationibus, cur ita ſit judicandum, ad Regem referatur.

(a) *Ex cit. Pr.* 75. §. 117.
(b) *Ex Reg. lit. diei* 1. *Octobr. an.* 1751.

LEGGE III.

Sieno i conduttori obbligati di rinunziare all' eſcomputo, *tuttochè per caſo fortuito, o per fatto d'un terzo ſi diminuiſcano le rendite. Ma ſe o per fatto del medeſimo locatore direttamente s' impediſca l' uſo della coſa locata, o per turbamento dello ſtato univerſale del Regno abbiano danno i conduttori, facciaſi luogo all'* eſcomputo.

§. I. Perchè contra i conduttori delle robe fiſcali, e contra i focj, e i fidejuſſori ſi dee procedere eſecutivamente, non può nè la eccezione dell' eſcomputo, *nè altra impedire l' eſazione. Dunque, terminato l' affitto, e pagata l' intera mercede, s' iſtituiſca un giudizio ordinario; e ſe parrà di doverſi giudicare a favore di chi cerca l'* eſcomputo, *prima di pubblicarſi la ſentenza, facciaſi a S. Maeſtà relazione de' motivi, onde ſi abbia a giudicare così.*

L. IV.

(*a*) Venditis, locatiſve rebus ad Regis patrimonium quomodo-

LEGGE IV.

Vendute, o date a fitto le robe ſpettanti in qualunque modo al patri-

doliber pertinentibus integrum cuique ſit facere adjectionem. Si emtor, vel conductor nondum poſſidet, adjectum pretium decima annuae mercedis parte minus ne ſit: ſi jam poſſidet, ne ſit minus ſexta. Sed priore caſu adjectio non ultra quadraginta dies ab extinctione candelae, poſteriore non ultra nonaginta a capta poſſeſſione dies admittatur (*b*). Alia adjectio ſupra decimam illam, ac ſextam ne admittatur, niſi facta incontinenti ab extinctione candelae (*c*). Adjectiones iſtae faciunt, ut ſemel perfecta in eum modum venditione, aut locatione, fiſcus aeque atque emtores, conductoreſve, ut ut ſpectato tempore contractus ultra dimidium juſti pretii ſe laeſos dicant, exaudiri prohibeantur.

(a) *Ex Pr. 71. de off. proc. Caeſ.*
(b) *Ex praxi.*
(c) *Ex cit. Pr. 75. §. 115.*

De donationibus propter nuptias, ſponſalitiis, aliiſque ſimilibus.

TITULUS VII.

LEX I.

(*a*) QUod ſaepe ſponſi, virique immodicis donationibus propter nuptias, & ſponſalitiis ſuas ipſi familias depauperabant, jam placuit, ut non alias donare, quam intra certas ſummas pro modo dotium liceret: quod & praeſenti Lege confirmatur. Igi-

trimonio del Re, ſia lecito a ciaſcuno di offerire prezzo maggiore. Se'l compratore, o'l conduttore non è ancor nel poſſeſſo, l'additamento non ſia minore della decima parte dell'annua mercede: ſe è già nel poſſeſſo, non ſia minore della ſeſta parte. Ma non ſi ammetta additamento nel primo caſo oltre quaranta giorni dalla eſtinzione della candela: nel ſecondo oltre novanta dì da che'l poſſeſſo ſi è preſo. Non ſia ricevuto qualunque altro additamento ſopra la decima, e la ſeſta, purchè non ſia incontanente dopo l'eſtinzione della candela. Coteſti additamenti fanno, che perfezionata una volta a quel modo la vendita, o la locazione, il fiſco, e i compratori, o i conduttori, ſebben dicano, che attento il tempo del contratto ſono ſtati leſi oltre la metà del giuſto prezzo, non poſſono eſſere inteſi.

Delle donazioni *propter nuptias*, ſponſalizie, ed altre ſimili.

TITOLO VII.

LEGGE I.

P*Erchè ſovente gli ſpoſi, e i mariti con immoderate donazioni* propter nuptias, *e ſponſalizie impoverivano le lor proprie famiglie, fu già ſtabilito, che non altrimenti foſſe lecito di donare, che intra determinande ſomme ſecondo la quantità delle doti: il* che

Igitur pro dotibus, quae ſunt infra ducatos quatuor mille, propter nuptias donatio, quae vulgo dicitur *anteſatum*, major eſſe tertia dotis parte non debet, ſponſalitia autem non major ducatis octonis in ſingulos centenos: pro dotibus, quae ſunt ſupra ducatos quatuor mille, ſed infra decem mille, propter nuptias donatio non major vicenis quinis, ſponſalitia non major ſenis in ſingulos centenos: pro dotibus, quae ſunt ſupra decem mille, ſed infra viginti mille, propter nuptias donatio non major vicenis, ſponſalitia non major quinis in ſingulos centenos: pro dotibus, quae ſunt ſupra viginti mille, ſed infra triginti mille, propter nuptias donatio non major quindenis, ſponſalitia non major quaternis in ſingulos centenos: demum ſi ſint dotes ſupra ducatos triginti mille, liberum ſit contrahentibus de utriuſque donationis quantitate paciſci, dum tamen propter nuptias donatio ducatos quindenos, ſponſalitia quaternos in ſingulos centenos non excedat. Si mulier ſecundo nubat, plus donari propter nuptias non poteſt quam dimidium, quod primo nubenti poſſet recte donati. Mortua autem muliere propter nuptias donatio omnino redeat ad heredes viri, etiamſi filii non ſuperſint. Quod pertinet ad genus illud munerum, quae promit-

che è confermato anche per la preſente legge. Dunque per le doti, che ſono infra i ducati quattromila, la donazione propter nuptias, *che volgarmente diceſi* antefato, *non deve eſſer maggiore della terza parte della dote, nè la ſponſalizia maggiore di ducati otto per cento: per le doti, che ſono ſopra i ducati quattromila ma infra i diecimila, la donazione* propter nuptias *non deve eſſer maggiore di ducati venticinque, nè la ſponſalizia maggiore di ducati ſei per cento: per le doti, che ſono ſopra i diecimila, ma infra i ventimila, la donazione* propter nuptias *non deve eſſer maggiore di ducati venti, nè la ſponſalizia maggiore di ducati cinque per cento: per le doti, che ſono ſopra i ventimila, ma infra i trentamila la donazione* propter nuptias *non deve eſſer maggiore di ducati quindici, nè la ſponſalizia maggiore di ducati quattro per cento: finalmente ſe ſieno le doti ſopra i ducati trentamila poſſano i contraenti liberamente pattuire circa la quantità dell' una, e dell' altra donazione, purchè però la donazione* propter nuptias *non ecceda i ducati quindici, e la ſponſalizia i ducati quattro per cento. Paſſando la donna a ſeconde nozze, non ſi può donare* propter nuptias *più che la metà di quello, che ſi potrebbe legittimamente donare alla donna, che ſi marita la prima* *vol-*

mitti, darique uxoribus ſolent in annos ſingulos, & patrio ſermone dicuntur *lacci e ſpille*, mortuis viris condicere uxores poſſunt ultimi tantum anni munera, niſi heredes virorum docuerint de ſolutione. Contra factum pro infecto erit. Notarii, (*) qui ſcripturas confecerint contra hanc Legem, officiis dejicientur, aliaſque poenas etiam corporales Regis arbitratu dabunt.

(a) *Ex Pr. un. de donat. propt. nupt.*
(*) Circa i giudici a' contratti ſi fece rappreſentanza a S. M.

volta. Ma poi la donna torni in ogni conto agli eredi del marito la donazione propter nuptias, *ancora che non ci reſtino figli. Per quel che ſi appartiene a quel genere di donativi, che ſogliono prometterſi, e darſi ogni anno alle mogli, e nella natia favella ſi chiamano* lacci e ſpille, *morti i mariti poſſono le mogli cercare i donativi della ſola ultima annata, ſe non ſi proverà per gli eredi de' mariti, che furon dati. Ogni contrario atto ſi avrà per non fatto. I Notai, che ſtipuleranno ſcritture contra queſta* Legge; *perderanno gl' impieghi, e ſofferranno altre pene anche corporali ad arbitrio del fiſco.*

De ſponſionibus.

TITULUS VIII.

LEX I.

le di preſidio per altrettanti anni, oltre altra pena pecuniaria ad arbitrio del fiſco. Se alcun de' Baroni ricetterà, od in qualunque modo ajuterà in alcun ſuo feudo uomini di tal ſorte, o ſcientemente permetterà, che vi dormano, o vi paſſeggino, potendolo impedire; gli ſi ſoſpenderà per cinque anni la giuridizione ſopra quel feudo, nel quale ſi è contravvenuto a queſta Legge: e ſarà queſta una giunte, che faraſſi alle pene di già propoſte. Che ſe 'l Barone nel tempo, che coloro nel feudo dimoravano, n' era così lontano, che ſia veriſimile, eſſer ciò, nulla ſapendone lui, accaduto, ceſſeranno le pene di queſta Legge: ma colui, che quivi eſercita la giuridizion pel Barone, ſoggiacerà alle medeſime pene corporali: e di più perderà quell' uffizio, che male amminiſtrava, e la ſperanza ancora di averne altro. Le ſteſſe pene attenderanno i governadori de' luoghi demaniali. Perchè poi alcun de' Baroni preſenti, o de' governadori non poſſa luſingarſi d' impunità ſotto preteſto d' ignoranza, ſappiano, che ſe legittimamente ſi provi, eſſarſi coteſti ladroni pubblicamente veduti in quel feudo per più di due giorni, in vano ſi allega ignoranza, concioſſiachè eſſer debba lor cura di diligentemente informarſi di coloro, che vengono alla giornata ne' luoghi abitati, e ſe

Digitized by Google

perſequi, quo in carcerem conjiciantur: itemque ad ſummum ante diem ſextum de re tota referre ad R. Audientiam provincialem, aut, ſi ſint in Terra Laboris, ad Commiſſarium, & ad *Superintendentem* Campaniae. Si juridici locorum haec facere omiſerint, ſupraſcriptas poenas dabunt: ſi diligenter fecerint, ſperare a Rege ampliora beneficia poterunt, & (*) publicatis latronum bonis pecuniae quantitatem pro ejus, quod ad fiſcum pervenerit, ac pro egregie navatae operae modo a Rege arbitrandam accipient praemii loco. (c) Quod vero latronum iſtorum arma, pecuniam, aut ſi quid aliud rei eſt, ſcienter ſervare perinde eſt, ac societatem ſceleris habere cum eis, nemo rem ullam, quae ad eos pertineat, dolo malo ſervet ſub poena mortis. Qui eorum aliquid accepit per metum id denunciet intra dies ſex R. Audientiae provinciali, aliive a Rege in eam rem deſtinato. Si denunciaverit, decimam aeſtimationis rei partem feret praemii loco. Si noviſſimus dies abierit, nec fuerit denunciatum, nulla obtendatur cauſſa, quae illum praeſcriptae eximat poenae: quin extraordinaria probatione (*) alibi propoſita convincatur.

(a) *Ex Pr.* 22. §. 1. & 2.
(*) Si rappreſentò a S. M.
(*) Si rappreſentò a S. M.

ſe ſcopriranno eſſerne alcuni o ladroni, o fautori di ladroni, di andarne in cerca, perchè s'incarcerino, e di fare relazion del tutto al più prima di ſei giorni alla R. Udienza provinciale, od eſſendo in Terra di Lavoro, al Commeſſario, ed al Soprantendente della Campagna. Se i governadori locali traſcureranno di farlo, ſaranno, ſecondochè ſi è detto, puniti: ſe diligentemente il faranno, poſſon ſperare da Sua Maeſtà ampli benefizj, e confiſcati i beni de' ladroni riceveranno per premio una quantità di danaro, che Sua Maeſtà determinerà a miſura di quel, che al fiſco ne perverrà, e dell' opera ben impiegata. Ma perchè il cuſtodire con dolo armi, danaro, od altra roba di coteſti ladroni è lo ſteſſo, che aver con eſſi ſocietà di delitto, niuno ſcientemente cuſtodiſca roba alcuna, che loro appartenga ſotto pena di morte. Chi ha ricevuto per timore alcuna di quelle coſe, ne faccia denunzia tra ſei giorni alla R. Udienza provinciale, o ad altro da S. Maeſtà deſtinato a tal fine. Se ne farà la denunzia, ne riporterà per premio la decima parte del valor della roba. Se ſarà ſcorſo l' ultimo giorno ſenza che ſi ſia fatta denunzia, non poſſa allegarſi ſcuſa contra la pena preſcritta: anzi reſti colui convinto per la pruova privilegiata, che ſi è propoſta altrove.

(b) *Ex cit. Pr.* 22. §. 3.
(*) Si raprefentò a S. M.
(c) *Ex Pr.* 30. §. 27. *eod.*
(*) V. L. 1. tit. XVIII. lib. V. hujus Cod.
(*) Il rimanente del cit. §. appartiene al tit. *de jure fiſci*.

(*a*) §. III. Jam vero publice intereſt, latrones iſtos timere ſibi maxime ab iis, a quibus maxime poſſent ſibi ſperare. Igitur cognati hominibus id genus uſque ad quartum gradum comprehenſo ipſo gradu quarto, exceptis tamen minoribus decimo quarto anno utriuſque ſexus, ac feminis ſexagenariis, eos intra octo a contracta contumacia dies (*) Curiae tradant, ſi poſſint, niſi, quum poſſent, tradiderint, de loco, ubi degunt, deque tota provincia eo demigraturi, (*b*) quo eos demigrare juſſerit Praeſes, aliuſve Magiſtratus a Rege deſtinatus in eam rem: ac ſi, non impetrata a Rege venia in ſcriptis, inde abſceſſerint, relegatione, aut carcere ad quinquennium pro Regio arbitratu, ſi nobiles fuerint utriuſque ſexus, plectendi, quinquennive trireme, aut (*) carcere pro diverſo ſexu, ſi fuerint plebei. (*c*) Hoc plus ſi pecunia, reſve alia per latrones iſtos extorta ſit, (*d*) aut ſi quid damni caeſis animalibus, incenſis frugibus, aliove quovis modo ſit datum, (*e*) iidem cognati iis, quibus eſt nocitum, (*) teneantur de ſuo. Sed non una cognatorum ratio eſt. Qui latronibus iſtis alimenta praeſtare, aut re-

§. III. Oltre a ciò pubblicamente importa, che coteſti ladroni temano maſſimamente da coloro, da cui maſſimamente potrebbono ſperare. Dunque i parenti di coteſta ſorte di gente ſino al quarto grado compreſo eſſo grado quarto, eccettone però i minori di anni quattordici dell' uno, e dell' altro ſeſſo, e le donne ſeſſagenarie, gli conſegnino, ſe poſſono, alla Corte tra otto dì dalla contumacia contratta, da dovere, ſe potendo non gli abbian conſeguati, ſloggiare dal luogo, ove abitano, e da tutta la provincia, ed andar là, dove comanderà il Preſide, od altro Magiſtrato, che ſarà da S. M. a ciò deſtinato: e da dovere, ſubitochè partiranno di là ſenza licenza di S. Maeſtà in iſcritto, eſſer puniti di relegazione, o di carcere per cinque anni ad arbitrio del Re, ſe ſaranno nobili dell' uno, e dell' altro ſſeſſo, o di di galea, o di carcere ſecondo la diverſità del ſeſſo per altrettanto tempo, ſe ſaranno plebei. Di più ſe abbiano coteſti ladroni eſtorto danaro, od altra coſa, o ſe ammazzando animali, incendiando vettovaglie, od in qualunque altro modo abbiano fatto alcun danno, i medeſimi parenti ſieno tenuti de proprio *a coloro, cui ſi è nociuto. Ma*

Digitized by Google

relinquere legitimam jure debent, eos pro alimentorum, legitimaeve modo teneri, cautum eſt, nec quidquam intereſſe, num potuerint ea damna impedire, nec ne: quibus autem non incumbit id onus, eos, ſi potuiſſe impedire damna conſtiterit, data damna ſarcire compelli pro modo facultatum: in quem finem, ſi obtineri alias non poſſit, placet, bona auctione vendi, ac ſi nemo alius metu latronum acceſſerit ad auctionem, ab univerſitatibus, in quarum territorio ſunt, tanti emi, quanti fuerint aeſtimata. Denique latronum contumacium filiis, (*) fratribuſque germanis, qui, quum poſſent, eos Curiae non tradiderint, officiis, honoribuſve omnibus quum in patria, tum alibi interdicatur: ac ſi quando hoſpitii, aliave onera univerſitatum ſunt partienda inter cives, iſta illis primum imponantur pro viribus patrimonii. Quod ſi filiorum, fratrumve iſtorum opera latrones venerint in manum Curiae, officiis omnibus, honoribuſque reſtituantur, &, quantum ad publica onera, pari cum reliquis civibus jure cenſeantur.

(a) *Ex Pr.* 10. §. 3. *&* 4. *eod.*
(*) Si rappreſentò a S. M.
(b) *Ex Pr.* 23. §. 3.
(*) Si rappreſentò a S. M.
(c) *Ex cit. Pr.* 10.
(d) *Ex Pr.* 12.
(e) *cit. Pr.* 10.
(*) Si rappreſentò a S. M.
(*) Si rappreſentò a S. M.

Ma non una è la ragion de' parenti. Coloro, che debbon per Legge preſtare alimenti, o laſciar legittima a coteſti ladroni, ſieno tenuti ſecondo la quantità degli alimenti, o della legittima, ſenzachè importi, ſe abbiano eſſi potuto impedire que' danni, o no: coloro poi, che non anno un tal peſo, ſe coſterà, che han potuto impedire i danni, ſieno coſtretti a rifargli a miſura delle facoltà: a qual fine, ſe non poſſa conſeguirſi altrimenti, che i beni ſi vendano all' incanto, e che, ſe niuno per timore de' ladroni verrà a licitare, ſi comperino dalle univerſità, nel cui territorio ſono, quanto ſaranno eſtimati. Finalmente a' figli, ed a' fratelli germani de' ladroni contumaci, che potendo non gli abbiano conſegnati alla Corte, ſieno nella patria, ed altrove interdetti tutti gli uffizj, e gli onori: e ſe mai ſi abbiano i peſi dell' oſpizio, o gli altri peſi delle univerſità da partire tra' cittadini, coteſti primamente a coloro s' impongano ſecondo le forze del patrimonio. Che ſe per l' opera di coteſti figli, o fratelli verranno i ladroni in man della Corte, ſi reſtituiſcano a tutti gli uffizj, e agli onori, e per riſpetto de' pubblici peſi ſi riguardino come gli altri cittadini.

(*a*) §. IV. Quo certa latronum iſtorum haberi notitia queat, adminiſtratores univerſitatum, ut primum ſcierint, aliquem civium ante dies aliquot patria abiiſſe, afflante rumore, eum armatum diſcurrere per agros, de re tota diſtincte referant ad Praeſidem provinciae, aliumve a Rege in eam rem deſtinatum, ſi huic officio defuerint, trireme, aut caſtro, uti eorum conditio poſtulaverit, ad quinquennium damnandi: (*b*) idemque onus, eaſdemque poenas ferant, qui literas, nunciumve acceperint a latronibus aliquid inde extorturis, itemque univerſitatum adminiſtratores, qui quemquam civium eas literas, idve nuncium ſcierint accepiſſe.

(a) *Ex cit. Pr* 30. §. 23.
(b) *Ex cit. Pr.* 30. §. 24.

(*a*) §. V. Qui cadaver alicujus latronum iſtorum, ne veniat in manum Curiae, ſciens celaverit, humaverit, aut celari, humarive mandaverit, trireme, aut caſtro pro diverſa conditione damnetur ad annos decem: ac domus, qua celatum, humatumve eſt, niſi ſacra ſit, diruatur.

(a) *Ex cit. Pr.* 30. §. 22.

(*a*) §. VI. Latrones, qui in comitatu aliorum armati excurrerunt per agros, poſt impetratam criminis abolitionem ignivoma arma etiam non interdicta domi habe-

§. IV. Perchè poſſa averſi certa notizia di coteſti ladroni, gli amminiſtratori delle univerſità, come prima ſapranno, che alcuno de' cittadini ſia da alquanti giorni dalla patria partito, ſpargendoſi la voce, che colui ſcorre armato per la campagna, riferiſcano il tutto diſtintamente al Preſide della Provincia, o ad altro da ſua Maeſtà deſtinato a tal fine, da dovere, ſe mancheranno a queſto uffizio, eſſer condannati alla galea, od al preſidio, ſecondochè la lor condizione richiederà, per cinque anni: e lo ſteſſo peſo, e le medeſime pene porteranno coloro, i quali riceveranno da' ladroni lettere, od imbaſciata per ricatto, e parimente gli amminiſtratori delle univerſità, che ſapranno, avere talun de' cittadini ricevuto quelle lettere, o quella imbaſciata.

§. V. Chi ſcientemente naſconderà, o ſeppellirà, o farà naſcondere, o ſeppellire il cadavere di alcun di coteſti ladroni, perchè non venga in man della Corte, ſi condanni alla galea, od al preſidio ſecondo la diverſa condizione per diece anni: e la caſa, dove ſi è celato, o ſeppellito, ſe non ſia ſacra, ſi atterri.

§. VI. A' ladroni, che in comitiva d' altri han corſo armati la campagna, poichè avranno impetrato l' indulto, è proibito di tenere in caſa dentro, o fuori l' abita-

bere in habitatis, aut non habitatis locis vetantur ſub poena mortis. Sub eadem poena vetitum eſt, geſtare eos per habitata, & nec habitata loca arma quum ignivoma, tum ferrea, ut ut non interdicta niſi ſint inſtrumenta artis. Si flagranti crimine deprehenſi apparitoribus eos prehendere volentibus vi reſtiterint, impune occidantur, prehenſique morte damnentur, quamvis non dum *forjudicati*.

(a) *Ex Pr. 30. §. 13. & 17. de exult.*

tato armi da fuoco, anche non vietate ſotto la pena della morte. Sotto la medeſima pena è proibito loro di portar armi così da fuoco, come di ferro tuttochè non interdette por luoghi abitati, e non abitati, purchè non ſieno iſtrumenti della loro arte. Se ritrovati in flagranti *reſiſteranno con violenza a' birri, che vogliono arreſtargli, impunemente ſi ammazzino, ed arreſtati si condannino a morte, comechè non ancora forgiudicati.*

De crimine falſi.

TITULUS XX.

LEX I.

(*a*) QUiſquis publicum inſtrumentum, aliamve publicam ſcripturam falſaverit dolo malo, aut certo, ac vere ſciens eo inſtrumento, eave ſcriptura uſus fuerit, ultimo ſupplicio luet.

(a) *Ex Pr. an. 1751. diei 10. Sept.*

(*a*) §. I. Sunt quaedam ſcripturae, quibus omnino, aut ex parte falſatis publica laeditur *bancorum* fides. Harum nomina patrio ſermone ſunt haec, *Fedi di credito falſe*, *Girate falſe in fedi di credito vere*, *Polize falſe con notate in fede vere*, *Polize vere con notate in fede falſe*, *Mandati falſi di giudici a' bianchi*, *Bollettini falſi di particolari per eſiger*

Del delitto della falſità.

TITOLO XX.

LEGGE I.

CHiunque doloſamente falſificherà pubblico iſtrumento, od altra pubblica ſcrittura, o colla certa, e vera ſcienza della falſità userà di quell' iſtrumento, o di quella ſcrittura, ſarà punito di morte.

§. I. Ci ſono alcune ſcritture falſificate, per le quali, in tutto od in parte ſi offende la pubblica fede de' banchi. I nomi di queſte ſcritture nel linguaggio del paeſe ſon queſti, Fedi di credito falſe, Girate falſe in fedi di credito vere, Polize falſe con notate in fede vere, Polize vere con notate in fedi falſe, Mandati falſi di giudici a' banchi, Bollettini falſi di par-

ger da' banchi rendite di arrendamenti , o di fiſcali , Girate falſe ne' ſuddetti bollettini veri. Si quis dolo malo ſcripturas iſtas dictaverit , ſcripſeritve : ſi falſa ſigilla eis apponenda fabricaverit , appoſuerit , detinueritve : ſi eas ſcripturas exhibuerit apud publicas menſas numulariorum , quamvis nihil pecuniae exactum ſit: ſi cui eas ſciens tradiderit , exhibueritve numeratae pecuniae loco , quamvis nihil ſeu pecuniae , ſeu alterius rei receptum ſit : ſi quis notarius falſas ſubſcriptiones ſciens probaverit : ſi quis notarii teſtationem , ſignumve falſaverit, ultimo etiam ſupplicio plectetur . De cauſſis iſtis M. Curia V., Regiaeque Audientiae tamquam judices a Rege ſpecialiter delegati cognoſcant , ſalva tamen iis , qui *Delegati bancorum* dicuntur, in cauſſis , quae ipſorum propriae ſunt, juriſdictione . (*b*) Num autem quis apud publicas menſas numulariorum , an apud arcam Regii theſauri aliquam iſtarum ſcripturarum exhibuerit , quantum ad poenam nihil intereſt .

(a) *Ex Pr. 5. 8. 9. 10. 12. , & 13. de falſ., & ex cit. Pr. an. 1751.*
(b) *Ex cit. Pr. 8.*

particolari per eſiger da' banchi rendite di arrendamenti , o di fiſcali , Girate falſe ne' ſuddetti bollettini veri . *Se alcuno doloſamente detterà , o ſcriverà coteſte ſcritture : ſe ne fabbricherà i falſi ſuggelli , o gli apporrà , e gli ditenerà : ſe l' eſibirà ne' pubblici banchi, ſebbene non ſi ſia riſcoſſo danaro : ſe ſcientemente daralle , o preſenteralle altrui , come danaro in contanti , quantunque non ne abbia ricevuto nè dato , nè altro: ſe alcun notajo autenticherà ſcientemente le falſe ſottoſcrizioni : ſe alcuno falſificherà l' autentica , o'l ſegno del notajo , puniraſſi ancora di morte . Di coteſte cauſe giudichino la G. Corte della V. , e le Udienze come giudici ſpezialmente delegati da S. Maeſtà , ſalva però la giuridizione de' Delegati de' banchi nelle cauſe , che loro propriamente ſi appartengono. Che poi abbia taluno preſentato alcuna di coteſte ſcritture ne' pubblici banchi, o nella caſſa della Regia teſoreria in quanto alla pena nulla importa.*

(*a*) §. II. Quin is , qui fraudum iſtarum particeps eſt quoquo modo , pares dare poenas debeat, non eſt ambigendum ,

(a) *Ex citatis Pr.*

§. II. Non è da dubitare , che colui , il quale è partecipe in qualunque modo di coteſte frodi , eſſer debba di pari pena punito.

(*a*) §. III. In omnibus caſibus ſu-

§. III. In tutti i ſuddetti caſi non

ſuprascriptis non alias erit poenae ordinariae locus, quam ſi praeter doloſam veritatis imitationem grave alterius praejudicium concurrat.

(a) *Ex cit. Pe. an.* 1551., *& ex Reg. lit. diei 7. Jun. ejuſdem anni.*

non altrimente avrà luogo la pena ordinaria, che concorrendovi oltre la doloſa imitazione del verità il grave pregiudizio d' altrui.

L. II.

(*a*) Qui falſum teſtem, falſamve ſcripturam in judicium ſciens produxit, noſtrarum, Romanarumve Legum poenis ſubjiciatur. Hoc plus in judicio civili cauſſam perdat ipſo jure, niſi intra octo continuos dies a publicatione actorum teſtationi ejus teſtis, aut ſcripturae ſpecialiter renunciaverit. (*b*) Ne vero quis poſſit, objecto parti adverſae, aut teſtibus crimine falſi, cauſſam principalem trahere in longum, uno eodemque tempore de utroque negotio cognoſcatur: ac ſi, antequam de crimine falſi judicetur, ſententia ſuper principali cauſſa proferatur ſecundum eum, cui objectum eſt crimen, hic ſatiſdato caveat reſtituturum ſe quidquid inde fuerit conſequutus, refuſurumque adverſario impenſum in litem, ſi tum contra eum ſuper falſi crimine fuerit pronunciatum. Haec ita cauta ſunto, ſi non ex eiſdem actis falſitas allegetur; nam ſi allegetur ex eiſdem, erit in principali cauſſa procedendum, donec de objecta falſitate con-

L. II.

Chi ſcientemente ha prodotto in giudizio falſo teſtimonio, o falſa ſcrittura, ſoggiaccia alle pene delle Leggi noſtre, o Romane. Oltre a ciò nel giudizio civile perda la cauſa ipſo jure, *purchè tra otto giorni continui dalla pubblicazione degli atti non abbia ſpezialmente rinunziato alla depoſizione di quel teſtimonio, od alla ſcrittura. Perchè poi alcun non poſſa, oppoſto all' avverſario, od a' teſtimonj il delitto della falſità, trarre in lungo la cauſa principale, ſi ſpediſca l' uno, e l' altro negozio ad un tempo: e ſe prima che ſi giudichi della falſità, ſi profferiſca la ſentenza ſopra la cauſa principale a favor di colui, al quale la falſità ſi è oppoſta, coſtui ſi obblighi dati i fidejuſſori a reſtituire tutto ciò, che ne avrà conſeguito, ed a rifondere all' avverſario le ſpeſe fatte nella lite, ſe di poi ſi giudicherà contra lui ſopra'l delitto della falſità. Queſte coſe ſieno ſtabilite così, ſe non da' medeſimi atti ſi alleghi la falſità; poichè ſe ſi alleghi da' medeſimi atti, ſi dovrà*

Digitized by Google

conſtiterit: quo caſu principalis cauſſae definitionem ſuſtineri, quoaſque ſuper objecto crimine proviſum fuerit, eſt aequum.

(a) *Ex Pr. 1. de falſis.*
(b) *Ex Pr. 2. eod.*

(*a*) §. I. Qui judex eſt cauſſae, in qua falſus teſtis productus eſt, is idem uno judicio animadvertat in teſtem, & litigatorem, qui eo ſciens eſt uſus. (*)

(a) *Ex cit. Pr. 1.*
(*) Quel che di più ſi preſcrive nella cit. Pr. 1. è ito da gran tempo in diſuſo.

(*a*) §. II. Quod pertinet ad falſum teſtem, in judicio criminali, ſi talis ſit cauſſa, ut poſſit reus ultimo ſupplicio damnari, qui contra reum falſum teſtimonium dixerit, ultimo itidem ſupplicio damnetur: qui pro reo, trireme dum vixerit: quod ſi talis cauſſa ſit, ut non poſſit in reum tam graviter animadverti, judex poenae triremis tempus pro circumſtantiis arbitretur. In judicio civili falſus teſtis primum nota fronti inuſta, ſecundum trireme, quoad vixerit, ſcelus luat.

(a) *Ex Reg. lit. diei 16. Mart. an. 1754. contra Pr. 4. de falſ.*

L. III.

(*a*) Quiſquis monetam cujuſvis generis falſaverit, aut probam ſed tantum auream, argenteamve inciderit, raſerit, minueritve quovis

vrà procedere nella cauſa principale ſino a che coſterà della oppoſta falſità: nel qual caſo è giuſto, che ſi ſoſpenda la diffinizione della cauſa principale ſino a tanto che ſi ſarà provveduto ſopra l' oppoſto delitto.

§. *I. Colui, ch' è giudice della cauſa, nella quale ſi è prodotto il falſo teſtimonio, puniſca con un ſolo giudizio il teſtimonio, e 'l litigante, che ſcientemente ſe n' è ſervito.*

§. *II. Per quel che ſi appartiene al falſo teſtimonio, nel giudizio criminale, ſe la cauſa ſia tale, che poſſa il reo condannarſi alla morte, colui, che atteſterà 'l falſo contr' al reo, ſi condanni parimente alla morte: colui, che l' atteſterà in pro del reo, ſi condanni alla galea in vita. Che ſe la cauſa ſia tale, che non poſſa il reo gravemente punirſi, determini il giudice ſecondo le circoſtanze il tempo della pena della galea. Nel giudizio civile al falſo teſtimonio la prima volta s' imprima in fronte un ſegno con un ferro rovente: la ſeconda ſi dia la pena della galea in vita.*

LEGGE III.

Chiunque falſificherà moneta di qualunque ſorte, od inciderà, raderà, o diminuirà con qualunque ſtrumento, o liquore moneta buona ma

Digitized by Google

vis inſtrumento, (b) aut liquore: (c) item quiſquis monetam ſeu adulterinam, ſeu quoquo modo minutam ſciens acceperit, geſſerit, expenderitve: (d) monetaeve (*) aureae, aut argenteae reſegmina emerit: (e) demum quiſquis ſeu mas, ſeu femina monetam falſanti, aut quoquo modo minuenti accenſo igne, admoto lumine, praebita domo, aliove quovis facto opem dederit, publicatis bonis ultimo ſupplicio damnetur. (f) Inſtrumenta monetae falſandae propria ſine venia fabricantes dare opem intelligi, non eſt ambigendum. (g) Quod ſi quis nauclerus, navis magiſter, aut nauta falſam, inciſamve monetam extrinſecus in Regnum, aut de una in aliam Regni partem invehendam ſciens acceperit vi, metuſve cauſſa (quod non eſt facile praeſumendum) non alias eximatur poenis hujus Legis, quam ſi, ut primum appulerit ad aliquam Regni oram; apud ejus loci juridicum praeſentibus adminiſtratoribus univerſitatis profiteatur, traditam ſibi ab hoc, illove homine monetam huic, illive tradendam, monetamque juridico tradat: tum juridici literas ejus profeſſionis, traditioniſque teſtes accipiat. Eo autem facto juridicus ſive Regius, ſive Baronalis rem continuo referat (*) in provincia Terrae Laboris ad M. Curiam V.,

ma d' oro, o d' argento: parimente chiunque ſcientemente riceverà, porterà, o ſpenderà moneta falſa, od in qualſivoglia modo diminuita, o comprerà ritagli di moneta d'oro, o d' argento: finalmente chiunque maſchio, o femmina, accendendo il fuoco, appreſſando il lume, dando la caſa, o con altro qualunque fatto preſterà ajuto a chi falſifica, od in qualunque modo diminuiſce la moneta, confiſcati i beni, ſi condanni alla morte. Che coloro, i quali fabbricano ſenza licenza ſtrumenti proprj da falſa moneta, s' intenda, che diano ajuto, non è da dubitare. Che ſe alcun padrone, o governadore di nave, o marinajo abbia ſcientemente ricevuta per violenza, o per timore (la qual coſa non è da preſumere facilmente) moneta falſa, od inciſa per doverla portare o da fuori nel Regno, o d' una in altra parte del Regno, non altrimente ſia eſente dalle pene di queſta Legge, che ſe, come prima giungerà a qualche lido del Regno, pubblicamente dichiari dinanzi al governadore del luogo, preſenti gli amminiſtratori della univerſità, eſſergli ſtata data dal tale, o dal tale la moneta da doverſi conſegnare al tale, od al tale, ed in effetto la conſegni al governadore, da cui ſi faccia fare dichiarazione della profeſſion fatta, e ricevuta della moneta. E ciò fatto il governadore

in aliis Regni provinciis ad Regias Audientias: tum M. Curia, Regiaeque Audientiae monetam (*) praeſentibus integrae fidei teſtibus obſignatam ad ſe quam cautiſſime transferri jubeant, ac de re tota referant ad Regem. (*b*) Jam fuiſſe eorum aliquem aut flagranti crimine deprehenſum, aut convictum, confeſſumve nihil eſt opus: ſed extraordinariae probationi alibi (*) propoſitae locus eſto. (*i*) Quod ſi quis iſtorum flagranti crimine deprehenſus dicatur, id non alias recte dicatur, quam ſi praeſentibus idoneis teſtibus intervenerit in hac Urbe unus judicum M. Curiae V. criminalis, fiſcive ſeu patronus, ſeu procurator: in aliis Regni partibus Auditor aliquis provincialis, locive juridicus Regius, aut Baronalis. Ita omnis poterit calumniae ſuſpicio abeſſe.

Regio, o Baronale immantinenti ne faccia relazione nella provincia di Terra di Lavoro alla G. Corte della Vicaria, nelle altre provincie del Regno alle R. Udienze, e di poi la G. Corte, e le R. Udienze facciano a ſe traſportare colla poſſibile cautela la moneta ſuggellata in preſenza di teſtimonj d'intera fede, e riferiſcano il tutto a S. Maeſtà. Non è poi neceſſario, che alcun di eſſi o ſia colto in flagranti, *o ſia convinto, o confeſſo: ma facciaſi luogo alla pruova privilegiata propoſta altrove. Che ſe ſi dica, eſſerſi alcun di eſſi trovato* in flagranti, *ciò non altrimente dirittamente ſi dica, che ſe vi ſia intervenuto alla preſenza d' idonei teſtimonj in queſta Città uno de' giudici della G. Corte della V. criminale, o l' Avvocato, o 'l proccuratore del fiſco: nelle altre parti del Regno un Uditor provinciale, o 'l Governadore del luogo Regio, o Baronale. Così potrà eſſer lontano ogni ſoſpetto di calunnia.*

(a) *Ex Conſt. adulterinam, & Conſt. qui numos, & Pr. 1. de monet.*

(b) *Ex Reg. lit. dier 21. Sept. an.* 1754.

(c) *Ex Pr. 44. §. 6. v. che la medeſima pena de monet.*

(d) *Ex cit. Pr. 44. §. 7. v. reſtando.*

(e) *Ex Pr. 2. §. 11., & cit. Pr. 44. §. 6. v. ordinamo.*

(f) *Ex cit. Pr. 2. §. 15., & ex Pr. 16.*

(g) *Ex cit. Pr. 44. §. 6. v. che nella medeſima pena.*

(*) Si rappreſentò a S. M.

(*) Si rappreſentò a S. M.

(h) *Ex cit. Pr. 2. §. 12., & cit. Pr. 44. d. v. ordinamo in fin., & v. reſtando in fin.*

(*) V. L. 1. §. V. tit. XVIII. lib. V. hujus Cod.

(i) *Ex Pr. 12. §. 3. & cit. Pr. 44. §. 3. v. con avvertenza.*

(*a*) §. I. Si quis habere deprehen-

§. I. Se ſi trovi, che abbia alcuno

hendatur adulterinas, inciſas, minutaſve quoquo modo monetas, aut aureas non juſti ponderis, monetaeque plures ſint quam quinque, ille vero malae conditionis, & famae homo ſit ex cujuſvis delicti cauſſa; haec ſatis idoneo indicio ſint *ad inquirendum:* ac ſi tum is certum non prodat auctorem, a quo eas acceperit, nova haec acceſſio indicium faciat ad *torturam*, quaſi ille eas falſaverit, inciderit, minueritve. Quod ſi non malae conditionis, & famae homo ſit, monetae vero penes eum deprehenſae plures ſint, quam quinquaginta, nec certus auctor, unde acceperit, prodatur, monetarum inventio, earum numerus, & auctoris occultatio ſufficienti etiam indicio ſint *ad torturam*. Num autem unius, an diverſi generis monetae ſint, & num falſae tantum, inciſaeque deprehendantur, an cum aliis probis, juſtique ponderis commixtae, nihil debet referre. (*) Excipiantur redituum fiſcalium, *arrendamentorum*, pecuniaeve capſae militaris, univerſitatumve exactores, cuſtodeſque, aut ſi quis alius eſt, cujus officio continetur pecuniam in dies exigere, ac ſervare. Ut apud hos falſae, inciſae, minutaevae monetae ſine ulla mala ſuſpicione reperiantur, officii ratio facit, niſi quid dolo actum legitime conſtet.

(a) Ex

cuno monete falſe, inciſe, od in qualunque modo diminuite, o monete d' oro di non giuſto peſo, e le monete ſieno più di cinque, e colui ſia uomo di mala condizione, e fama per qualſivoglia delitto, baſtino queſte coſe per indizio ad inquirendum: *e ſe di poi non diſegni colui la perſona, dalla quale le abbia ricevute, queſta nuova giunta faccia indizio* ad torturam, *come ſe colui le abbia falſate, inciſe, o diminuite. Che ſe l' huomo non ſia di mala condizione, e fama, e le monete appreſſo lui ritrovate ſieno più di cinquanta, nè ſi diſegni la perſona, da cui le abbia ricevute, il ritrovamento delle monete, il numero di eſſe, e l' occultazione della perſona ſieno ancora ſufficiente indizio* ad torturam. *Niente poi deve importare, che le monete ſieno d' una, o di più ſorti, e che ſi ritrovino ſolamente monete falſe, ed inciſe, o meſcolate con altre buone, e di giuſto peſo. Se n' eccettuino però gli eſattori, e i cuſtodi de' fiſcali, e degli arrendamenti, o del danaro della caſſa militare, o delle univerſità, o ſe ci è altri, che debba per uffizio eſigere alla giornata danaro, e cuſtodirlo. La ragion dell' uffizio fa, che appreſſo coſtoro ſi trovino monete falſe, inciſe, o diminuite ſenza che ſi poſſa mal ſoſpettare di eſſi, purchè le-*

(a) Ex cit. Pr. 44. §. 1. v. ordinando di più.

(*) Si rappreſentò a S. M. contra 'l diſpoſto nella cit. Pr. 44. §. 1. v. però trovandoſi.

gittimamente non coſti, aver doloſamente operato.

(a) §. II. Scientes, ubi, & a quibus monetae ſeu falſae cudantur, ſeu probae incidantur, aut quoquo modo minuantur, id confeſtim deferant in hac Urbe, Urbiſve territorio ad M. Curiam V. Regentem, vel aliquem Judicum Curiae V. criminalis, fiſcique in ea Curia Patronum: in aliis Regni partibus ad Regias Audientias, juridicoſve locorum: ſi detulerint, reis eorum opera deprehenſis dimidium ejus, quod ex ea cauſſa ad fiſcum pervenerit, praemii loco ferent, nunquam prodendi; ac ſi complices fuerint, abolitionem ſibi jure poſtulabunt, proditis ſociis, reque probata impetrandam: ſi non detulerint, trireme, aut relegatione, uti eorum qualitas feret, per decennium plectentur. Ii, quibus denunciatum eſt de ea re, quamdiligentiſſime curent, ut criminoſi, & criminis inſtrumenta prehendantur; ac juridici locorum, ubi facta denunciatio eſt, de re tota ſtatim referant ad R. Audientiam provincialem.

§. II. Coloro, che ſanno, dove, e da chi ſi fabbrichino monete falſe, o s' incidano, od in qualunque modo ſi diminuiſcano monete buone, il denunziino ſubito in queſta Città, e nel diſtretto di eſſa al Reggente della G. Corte, o ad alcuno de' Giudici della V. criminale, ed all' Avvocato fiſcale di quella Corte: nelle altre parti del Regno alle Regie Udienze, ed a' governadori locali: ſe 'l denunzieranno, trovati per la di loro opera i rei avran per premio la metà di quello, che perverrà per tal cauſa al fiſco, nè ſaran mai rivelati; e ſe ſaranno complici, potranno giuſtamente chiedere l' indulto, da doverſi impetrare, quando avranno manifeſtato i compagni, e poſto in chiaro il delitto: ſe no'l denunzieranno, ſaran puniti di galea, o di relegazione, ſecondochè la qualità loro comporterà, per dieci anni. Coloro, a' quali coteſta denunzia ſi è fatta, proccurino colla poſſibile diligenza, che i rei, e gli ſtrumenti del delitto ſi prendano; e i governadori de' luoghi, dove la denunzia ſi è fatta, riferiſcano immantinente il tutto alla Regia Udienza provinciale.

(a) Ex Pr. 2. §. 11. 19. 20. & 21. eod.

(a) §. III. Ne cui ſub praetextu alchymiae impune ſit inſtrumenta ad cudendas, incidendaſve mo-

§. III. Perchè non poſſa alcuno ſotto il preteſto dell' alchimia impunemente tenere iſtrumenti da fabbri-

monetas habere, eam artem non data a Rege venia exerceri vetitum eſt. Injuſſu Regio exercentibus quinquennis triremium, relegationiſve poena pro diverſa conditione comminatur.

(a) *Ex cit. Pr. 2. §. 17.*

(*a*) IV. Si quis monetam auream, argenteamve falſam, inciſam, minutamve quoquo modo, (*b*) aut auream non juſti ponderis inferat in *bancum*, officiales eam, ne amplius poſſit expendi, caedant, caeſamque reddant inferenti. Officialis, qui caedendis monetis eſt deſtinatus, ſi non caeſas reddiderit, officio in perpetuum dejectus caſtro clauſo per biennium luet. Inferre dicitur, qui monetas apud menſam numerandas deponit. (*c*) Quod autem monetae argenteae frequentior eſt uſus, quo fit, ut ſine ulla fraude deteratur in dies, monetam iſtam tum demum caedi, caeſamque reddi neceſſe eſt, ſi evidenter apparuerit, aut eſſe inciſam, aut adeo deminutam, ut id magis dolo, quam uſu quotidiano factum videatur. (*d*) Quod ſi is, qui monetam falſam, inciſam, minutamve, aut non juſti ponderis infert in *bancum*, ſit ejus criminis ſuſpectus, prehendatur: deinde praeſente eo, praeſentibuſque duobus idoneis teſtibus, qui literas ſciant, quamvis ſint offi-cia-

bricare, od incider monete, e proibito, che quell' arte ſi eſerciti ſenza licenza del Re. A coloro, che ſenza licenza di S. Maeſtà l' eſercitano, ſi minacciano le pene di galea, o di relegazione ſecondo la diverſa lor qualità per cinque anni:

§. IV. Se taluno immetta nel banco moneta d' oro, o d' argento falſa, ritagliata, od in qualunque modo diminuita, o moneta d' oro di non giuſto peſo, gli uffiziali, perchè non poſſa mai più ſpenderſi, la taglino, e tagliata la reſtituiſcano a chi l' immette. L' uffiziale deſtinato al taglio delle monete, ſe le reſtituirà intere, ſarà privato a perpetuo dell' impiego, e ſtarà in preſidio chiuſo per due anni. Si dice, che immette, chi pone ſul banco le monete per doverſi contare. Ma perchè più frequente è l' uſo della moneta d' argento, onde avviene, che di giorno in giorno ſi logori ſenz' alcuna frode, coteſta moneta in quel ſolo caſo è meſtier, che ſi tagli, e tagliata ſi reſtituiſca, ſe apparirà evidentemente od eſſere inciſa, o tanto diminuita, che paja eſſer ciò avvenuto più per dolo, che per l' uſo cotidiano. Che ſe colui, che immette nel banco moneta falſa, inciſa, diminuita, o di non giuſto peſo, ſia ſoſpetto di un tal delitto, ſi arreſti: indi preſente lui, e preſenti due idonei teſtimonj, che ſappiano

ciales ejuſdem *banci*, ſi aliorum copia non ſit, moneta includatur chartæ, atque haec ſigillo *banci* obſignetur, ſuperſcribantque duo illi teſtes, ſe iſtis omnibus praeſentes adfuiſſe: demum, obſignata in eum modum pecunia, deponatur apud rationarium *banci*, per Judicem competentem rite recognoſcenda. (*) Quo autem in re tanti momenti cautius agatur, quidquid ejus rei cauſſa eſt actum duo illi teſtes, ac rationarius ſcripto referant ad fiſci in M. Curia Patronum, qui ſcriptum illud ſe recepiſſe, ſcripto itidem profiteatur.

piano ſcrivere, tuttochè ſieno uffiziali del medeſimo banco, ſe manchino altri, ſi chiuda la moneta in una carta, e queſta ſi ſuggelli col ſuggello del banco, e vi ſcrivano ſopra que' due teſtimonj di eſſere ſtati eſſi a tutte coteſte coteſte coſe preſenti: finalmente la moneta ſuggellata a quel modo diaſi a conſervare al razionale del banco, da riconoſcerſi ſecondo l'uſanza del foro dal Giudice competente. E perchè in coſa di sì gran rilievo ſi uſi maggior cautela, que' due teſtimonj, e 'l razionale facciano ralazione in iſcritto di tutto ciò, che per quella occaſione ſi è fatto, all' Avvocato fiſcale della G. Corte, il quale ne faccia ricevuta anche in iſcritto.

(a) *Ex Pr. 35.*
(b) *Ex Pr. 9.*
(c) *Ex Reg. lit. diei 21. Sept. an. 1754.*
(d) *Ex cit. Pr. 9., & ex cit. lit. Reg.*
(*) Si rappreſentò a S. M.

(*a*) §. V. De monetis aureis, quod has, ſi falſae ſint, aut non juſti ponderis, maxime intereſt in commercio non eſſe; ſingularia, quae ſequuntur, caventur. Eas, ſi aut in publicum *bancum* inferantur, aut e publico *banco* ſolvantur, non ſolum numerari, ſed & appendi placet. *Bancorum capſerii*, aliive officiales recipiendis, ſolvendiſve monetis deſtinati, ſi monetas id genus receperint, ſolverintve non appenſas, officii jactura (*) damnentur. Inter privatos non alias eae appendantur, quam ſi ſic voluerit is, cui ſolvuntur: proinde (*b*) ar-

§. V. Per riſpetto delle monete d'oro, poichè queſte maſſimamente importa, che non ſieno nel commercio degli uomini, ſe ſieno falſe, o di non giuſto peſo; e' ſon diſpoſte le ſeguenti coſe particolari. Se od in pubblico banco s' immettano, o ſi paghino da pubblico banco, che non ſolamente ſi numerino, ma ancora ſi peſino. I caſſieri de' banchi, od altri uffiziali deſtinati a ricevere, od a pagar monete, ſe le riceveranno, o le pagheranno non a peſo, perdano l'impiego. Trà privati non altrimenti, che quelle ſi peſino, che ſe così vorrà colui, al quale ſi pagano: il perchè gli artiſti

artifices, & quiſquis eſt negotiatorum habeant in ſuis tabernis, & quibuſvis aliis negotiatoriis domibus legitimas libras, & pondera, ſi non habuerint, ducatis centenis multandi in ſingulas vices: cujus ſummae tertia pars fiſco, tertia delatori, tertia cedet Regiae Siclae. (c) Quod pertinet ad juſtum monetae aureae pondus, placet, ſi quod ei deeſt non ſit ſupra *acinos* quatuor, eam ab officialibus *bancorum*, aliiſve quibuslibet recipi oportere, ſi tamen quod deeſt ſuppleatur. Singuli autem *acini granis* (*) ternis aeſtimentur.

(a) *Ex Pr. 44. v. tutta volta, & ex Reg. Lit. diei 21. Sept. an. 1754.*
(*) Si rappreſentò a S. M.
(b) *Ex cit. Pr. 44. v. & a queſto fine, & ex cit. lit.*
(c) *Ex Pr. 28. de monet.*
(*) *Ex praxi.*

Si facinoroſis hominibus publica fide ſit cautum.

T I T O L O XXI.

L E X I.

(a) Fit interdum, ut facinoroſi homines operam aliquam Regiae Curiae navare promittentes publica fide tutos eſſe iubentur. Quod vero aequum non eſt, Regiam erga criminoſos indulgentiam aliis eſſe damnoſam, ſi quid illi poſt fidem datam delinquant, aut ſi cui ex contractu, aliove nomine etiam ante datam fidem

ſiſti, e i negozianti tengano nelle loro botteghe, ed in qualunque altre caſe di negozio le legittime bilance, e i peſi, da dovere, ſe non gli terranno, eſſer condannati a pagare ducati cento per volta: della qual ſomma il terzo cederà in beneſizio del fiſco, il terzo in beneſizio del denunziante, il terzo in beneſizio della Regia Zecca. Per quel, che ſi appartiene al giuſto peſo della moneta d'oro, che ſe quel che le manca non ſia più di quattro acini, gli uffiziali de' banchi, od altri la debbano ricevere, ſe però ſi ſuppliſca quel, che manca. E ſtimiſi ciaſcun acino tre grani.

Se a' delinquenti ſieſi conceduto *guidatico.*

T I T O L O XXI.

L E G G E I.

Avvien tal volta, che da S. Maeſtà ſi conceda guidatico a' delinquenti ſulla promeſſa, ch' e' fanno di preſtare qualche ſervigio alla Regia Corte. Ma perchè non è giuſto, che la Regia indulgenza verſo di loro ſia dannoſa ad altrui, ſe coloro commettano dopo il guidatico alcun delitto, o ſe per contratto, o per altro titolo anche precedenti

fidem teneantur, ne quis Judicum ex iis cauſſis in eos jus dicat, promiſſa a Rege ſecuritas eſſe non debet impedimento. Qui jus dicere recuſaverit, Regem ſentiet iratum, ducatoſque mille inferet fiſco.

(a) *Ex Pr. 1. de guidat.*

(*a*) §. I. Facinoroſis hominibus ut ut egregia promittentibus ne majores quidem Magiſtratus ſecuritatem praeſtare poſſunt injuſſu Regio. Si Regio injuſſu praeſtiterint, ſe juriſdictione ſua abuſos, ſciant: (*) Quantum ad facinoroſos, bona fides exigit, ut in integrum reſtituantur.

(a) *Ex Pr. 2. eod La Pr.* 10. §. 71. e 72. *de off. jud. non ſi oſſerva.*

(*) Si rappreſentò a S. M.

(*a*) §. II. Quod a Rege, Regiiſque Magiſtratibus juſſu Regis ſecuritas facinoroſis hominibus eſt data, id non facit, ne contra hos contumaciarum, *forjudicationumve* tempora currant ſecundum Leges: proinde ii, quorum in facinoroſos juriſdictio eſt, etiam poſt datam ſecuritatem, operamque Regiae Curiae navatam, ſi non dum data eis impunitas ſit, porro pergant jus dicere: quin ipſam *forjudicationis* ſententiam proferant, qua prolata, ſecuritas ipſo jure ſtatim exſpirat, quum potuerint ii ſe praeſentes ſiſtere, & crimen purgare: (*) quorum omnium per ipſas literas, quibus ſecuritas promittitur, iidem admo-

cedente il guidatico *ſieno tenuti ad alcuno, non deve la ſicurtà da S. Maeſtà promeſſa impedire, che alcun Giudice non eſerciti per quelle cauſe giuridizione ſopra di loro. Chi ricuſerà di eſercitarla incorrerà nell' ira del Re, e darà mille ducati di pena al fiſco.*

§. I. A' delinquenti, comechè grandi ſervigj promettano, non poſſono nè meno i Magiſtrati maggiori conceder guidatico *ſenza ordin del Re. Se ſenza l' ordin di S. Maeſtà l'avran conceduto, ſappiano, che ſi ſono eſſi di ſua giuridizione abuſati. Per quel, che ſi appartiene a' delinquenti, la buona fede richiede, che ſi reſtituiſcano nello ſtato di prima.*

§. II. L' eſſerſi da S. Maeſtà, o da' Magiſtrati conceduto guidatico *a' deliquenti, non fa, che contra coſtoro non corrano a tenor delle Leggi i tempi delle contumacie, e delle forgiudiche: il perchè coloro, che han giuridizione ſopra i delinquenti, anche dopo conceduto il* guidatico, *e preſtato il ſervigio alla Regia Corte, ſe non ſia ſtata ancora data loro l'impunità, procedano oltre: anzi profferiſcano anche la ſentenza della forgiudica, profferita la quale, il* guidatico *perda immantinente la forza* ipſo jure, *avendo coloro potuto preſentarſi, e moſtrar la loro innocenza: le quali coſe tutte ſi facciano lor ſapere per le lettere del* guidatico.

mo- *Deb-*

moneantur. Facinoroſis, quod toto ſecuritatis tempore timere ſibi carceres nequeunt, ac promiſſis expletis ſperare a Rege poſſunt impunitatem, eſſe id debet ſat magni beneficii loco.

(a) *Ex Pr. 3. de guidat. & ex cit. Pr. 10. §. 58.*
(*) Si rappreſentò a S. M.

Debbono i delinquenti avere in luogo di gran benefizio il non potere per tutto il tempo del guidatico *temere di eſſere incarcerati, e 'l potere, adempite che avranno le promeſſe, ſperar da S. Maeſtà l' impunità.*

De poenis.

TITULUS XXII.

LEX I.

(a) NE poenis plebejorum damnati oppoſita nobilitatis exceptione trahere in longum poſſint exſequutionem ſententiae, ſciant, ſi ea exceptio nec primo, nec ſecundo judicio oppoſita ſit, opponi amplius non poſſe. Igitur damnati in M. Curia V. ea exceptione utantur vel in ipſa M. Curia, quum primum damnantur, vel, ſi ad S. R. Conſilium provocaverint, in S. Conſilio. (*) Quod ſi M. Curia V. mandata a Rege juriſdictione cognoſcat, intereſt, num reo jus ſit *reclamandi* ad Regalem Cameram S. Clarae, nec ne. Priore caſu ea utantur aut in M. Curia, aut in Regali Camera S. Clarae: poſteriore in ipſa M. Curia vel ante, vel ſtatim poſt ſententiam. Sed adverſus id, quod aut S. Conſilium ex appellatione cognoſcens, aut Regalis Camera cognoſcens ex *reclamatione*, aut ipſa M. Curia man-

Delle pene.

TITOLO XXII.

LEGGE I.

P*Erchè i condannati alle pene de' plebei non poſſano, oppoſta l' eccezione della nobiltà, trarre in lungo l' eſecuzione della ſentenza, ſappiano, che, ſe quella eccezione non ſia ſtata oppoſta nè nella prima, nè nella ſeconda iſtanza, non ſi può più opporre. Dunque i condannati nella G. Corte della V. uſino di quella eccezione in eſſa G. Corte, quando ſon condannati, o nel S. R. Conſiglio, ſe al S. Conſiglio appelleranno. Che ſe la G. Corte della V. proceda come da S. Maeſtà delegata, importa, ſe 'l reo abbia diritto di reclamare alla Real Camera di S. Chiara, o no: Nel primo caſo ne uſino o nella G. Corte, o nella Real Camera di S. Chiara: nel ſecondo caſo in eſſa G. Corte o prima della ſentenza, o ſubito dopo. Ma contr' a ciò, che avrà giudicato della qualità della pena o 'l S. Conſiglio in grado d' appellazione, o la* Real

mandata juriſdictione judicaverit de qualitate poenae, fruſtra ſupplicabunt.

(a) *Ex Pr. 6. de condemn. pro delict.*
(*) Si rappreſentò a S. M.

Real Camera in grado di reclamazione, od eſſa G. Corte come delegata, in vano reclameranno.

(a) §. I Nobiles ex privilegio ſi furtum, falſum, aliudve famoſum crimen admiſerint, poenis plebejorum ſubjiciantur.

(a) *Ex Reg. lit. diei 31. Jul. an. 1752.*

§. I. I nobili per privilegio ſe commetteranno furto, falſità, od altro delitto infamante, ſoggiacciano alle pene de' plebei.

L. II.

(*) (a) Quandoque expedit de poena tranſigere cum reo. (b) Id autem facere Magiſtratus etiam majores vetantur, niſi eis, poſteaquam de ea re retulerint ad Regem, ejus veniam ille dederit in ſcriptis. Secus factum infectum eſto: quique ſecus fecerint, officio decidant ipſo facto. (c) Quod vero eſſe non debent beneficia Principalia cum injuria aliorum conjuncta, cavetur, non ante poſſe apud Magiſtratum agi de ea re, quam injuriam remiſerint qui laeſi ſunt, hiſque ob eam cauſſam mortuis etiam alii, quibus ſecundum Leges quocumque titulo accuſandi jus eſt, ad unum omnes, ita ut ſi vel unus diſſentiat, nihil actum intelligatur: quin non ante quam ab omnibus remiſſa injuria ſit, ad Regem referri, niſi quis Magiſtratus Regis juſſu debeat referre: quo caſu crimen, ac nomina, & cognomina eorum, qui jus habentes accuſandi aut accu-

LEGGE II.

E' tal volta ſpediente tranſiger col reo ſulle pene. Ma è proibito di farlo a' Magiſtrati anche maggiori, ſe, dopo che ne avran fatto relazione a S. Maeſtà, non ne abbiano avuto licenza in iſcritto. Il fatto altrimenti ſia come non fatto: e coloro, che altrimenti faranno, perdano ipſo facto *l' impiego. Ma perchè non debbono i benefizj del Principe andar congiunti colla ingiuria d' altrui, è ordinato, che non prima ſi poſſa di ciò trattare dinanzi al Magiſtrato, che abbiano rimeſſa l' ingiuria gli offeſi, e morti coſtoro, per quella cauſa anche gli altri, che per qualunque titolo poſſono ſecondo le Leggi accuſare, ſenza che alcuno ne manchi, di modo che, diſſentendo anche un ſolo, ſi abbia l' atto per nullo: anzi che non prima ſe ne faccia relazione a S. Maeſtà, che ſia ſtata da tutti rimeſſa l' ingiuria, purchè non debba alcun Magiſtrato farne relazione per coman-*

cuſarunt, aut injuriam remiſerunt, eorumque, qui neque accuſarunt, nec remiſerunt, inſerantur relationi. (*) Quod ſi eorum, qui accuſandi, remittendique jus habent, unus, aut alter abſit, atque ubi ſit, ignoretur; de ea re referatur ad Regem quod expedire viſum fuerit pro circumſtantiis reſcripturum. (*d*) Ne qua vero ſubeſſe ſuſpicio poſſit remiſſionis vi, metuve extortae, remitti injuriam placet vel in M. Curia V., vel in Regiis Audientiis, vel apud juridicos locorum, ubi domicilium habent, qui ſunt laeſi: ſi ſecus ſit factum, non valere remiſſionem.

(*) Molte coſe. che leggonſi nelle Pr, ſotto il tit. De compoſit. poen., ſi ſono omeſſe, come non conformi all'uſo, ed a molti diſpacci di S. M.

(a) *Ex Pr. 3. de compoſit. poen,*

(b) *Ex Pr. 3. eod., & ex diverſ. lit. Reg.*

(c) *Ex Pr. 5. & 7. eod.*

(*) Si rappreſentò a S. M.

(d) *Ex Pr. 6. eod.*

(*a*) §. I. Niſi reus intra diem decimumquintum ex quo (*) fuit tranſactum de poena, decretam pecuniae quantitatem intulerit, quaſi non facta tranſactione procedatur ad ulteriora, uti jus videbitur poſtulare, (*) niſi qua juſta cauſſa reum excuſet.

(a) *Ex Pr. 8. eod.*

(*) La Legge ſi è fatta generale, e ſi rappreſentò a S. M.

(*) Si rappreſentò a S. M.

dannamento di S. Maeſtà: nel qual caſo, s' inſeriſcano nella relazione il delitto, e i nomi, e cognomi di coloro, i quali, avendo diritto di accuſare, od hanno accuſato, od han rimeſſa l'ingiuria, e di coloro, che non hanno nè accuſato, nè fatta la remiſſione. Che ſe uno, o due di coloro, che han diritto di accuſare, e di rimettere, ſieno aſſenti, nè ſi ſappia ove ſiano; ſe ne faccia relazione a S. Maeſtà, che ſecondo le circoſtanze reſcriverà quel, che le parrà ſpediente. Perchè poi non poſſa eſſerci alcun ſoſpetto, che ſieſi la remiſſione eſtorta per violenza, o per timore, ſi faccia quella o nella G. Corte della V., o nelle R. Udienze, o dinanzi a' giuridici de' luoghi, ove han domicilio gli offeſi: e che fatta altrimenti non vaglia.

§. I. Se 'l reo tra quindici giorni da che ſi è tranſatta la pena, non abbia pagata la quantità ordinata, ſi proceda oltre nella cauſa a tenor delle Leggi, come ſe la tranſazione non ſi foſſe mai fatta, purchè qualche giuſta cauſa non iſcuſi il reo.

L E G G E III.

(*a*) Si quis exilio, aut relegatione

L. III.

Se alcuno dannato a pena tempo-

mandata juriſdictione judicaverit de qualitate poenae, fruſtra ſupplicabunt.

(a) *Ex Pr. 6. de condemn. pro delict.*
(*) Si rappreſentò a S. M.

Real Camera in grado di reclamazione, od eſſa G. Corte come delegata, in vano reclameranno.

(a) §. I Nobiles ex privilegio ſi furtum, falſum, aliudve famoſum crimen admiſerint, poenis plebejorum ſubjiciantur.

(a) *Ex Reg. lit. diei 31. Jul. an. 1752.*

§. I. I nobili per privilegio ſe commetteranno furto, falſità, od altro delitto infamante, ſoggiacciano alle pene de' plebei.

L. II.

(*) (*a*) Quandoque expedit de poena tranſigere cum reo. (*b*) Id autem facere Magiſtratus etiam majores vetantur, niſi eis, poſteaquam de ea re retulerint ad Regem, ejus veniam ille dederit in ſcriptis. Secus factum infectum eſto: quique ſecus fecerint, officio decidant ipſo facto. (*c*) Quod vero eſſe non debent beneficia Principalia cum injuria aliorum conjuncta, cavetur, non ante poſſe apud Magiſtratum agi de ea re, quam injuriam remiſerint qui laeſi ſunt; hiſque ob eam cauſſam mortuis etiam alii, quibus ſecundum Leges quocumque titulo accuſandi jus eſt, ad unum omnes, ita ut ſi vel unus diſſentiat, nihil actum intelligatur: quin non ante quam ab omnibus remiſſa injuria ſit, ad Regem referri, niſi quis Magiſtratus Regis juſſu debeat referre: quo caſu crimen, ac nomina, & cognomina eorum, qui jus habentes accuſandi aut accu-

LEGGE II.

E' tal volta ſpediente tranſiger col reo ſulle pene. Ma è proibito di farlo a' Magiſtrati anche maggiori, ſe, dopo che ne avran fatto relazione a S. Maeſtà, non ne abbiano avuto licenza in iſcritto. Il fatto altrimenti ſia come non fatto: e coloro, che altrimenti faranno, perdano ipſo facto *l' impiego. Ma perchè non debbono i benefizj del Principe andar congiunti colla ingiuria d' altrui, è ordinato, che non prima ſi poſſa di ciò trattare dinanzi al Magiſtrato, che abbiano rimeſſa l'ingiuria gli offeſi, e morti coſtoro, per quella cauſa anche gli altri, che per qualunque titolo poſſono ſecondo le Leggi accuſare, ſenza che alcuno ne manchi, di modo che, diſſentendo anche un ſolo, ſi abbia l' atto per nullo: anzi che non prima ſe ne faccia relazione a S. Maeſtà, che ſia ſtata da tutti rimeſſa l' ingiuria, purchè non debba alcun Magiſtrato farne relazione per coman-* da-

Digitized by Google

cuſarunt, aut injuriam remiſerunt, eorumque, qui neque accuſarunt, nec remiſerunt, inſerantur relationi. (*) Quod ſi eorum, qui accuſandi, remittendique jus habent, unus, aut alter abſit, atque ubi ſit, ignoretur; de ea re referatur ad Regem quod expedire viſum fuerit pro circumſtantiis reſcripturum. (*d*) Ne qua vero ſubeſſe ſuſpicio poſſit remiſſionis vi, metuve extortae, remitti injuriam placet vel in M. Curia V., vel in Regiis Audientiis, vel apud juridicos locorum, ubi domicilium habent, qui ſunt laeſi: ſi ſecus ſit factum, non valere remiſſionem.

(*) Molte coſe. che leggonſi nelle Pr. ſotto il tit. De compoſit. poen., ſi ſono omeſſe, come non conformi all' uſo, ed a molti diſpacci di S. M.

(a) *Ex Pr. 3. de compoſit. poen,*

(b) *Ex Pr. 3. eod., & ex diverſ. lit. Reg.*

(c) *Ex Pr. 5. & 7. eod.*

(*) Si rappreſentò a S. M.

(d) *Ex Pr. 6. eod.*

(*a*) §. I. Niſi reus intra diem decimumquintum ex quo (*) fuit tranſactum de poena, decretam pecuniae quantitatem intulerit, quaſi non facta tranſactione procedatur ad ulteriora, uti jus videbitur poſtulare, (*) niſi qua juſta cauſſa reum excuſet.

(a) *Ex Pr. 8. eod.*

(*) La Legge ſi è fatta generale, e ſi rappreſentò a S. M.

(*) Si rappreſentò a S. M.

L E G G E III.

(*a*) Si quis exilio, aut relegatione

(a) Nullus coriarius, ſive in hac Urbe, ſive in hujus Urbis territorio artem exerceat, ac nemo alius exterus, aut civis, cujuſcumque gradus, conditioniſque ſit, villoſa coria, myrtumve emat revenditurus, ſed ſuae quiſque conſulat neceſſitati. Quiſquis eorum deliquerit, rem ultra uſum ſuum emtam deperdet, aliaſque poenas etiam corporales, ut (*) Magiſtratui videbitur, luet. Quod coriorum, myrtive contra jus emtum, revenditumve deprehendetur, ejus quarta pars cedet delatori nunquam prodendo.

(a) Ex Pr. 7. eod.
(*) L' ha mutato la Giunta.

LEGGE X.

Niun cuojajo, o in queſta Città, o nel territorio di eſſa eſerciti l' arte, o niun' altro cittadino, o ſtraniero, di qualunque grado, o condizione ſia, comperi per rivendere cuoi peloſi, o mortella; ma ciaſcuno provegga a' proprj biſogni. Chiunque di eſſi delinquerà, perderà quel che ha comperato oltre il proprio uſo, e ſoſterrà altre pene anche corporali, come al Magiſtrato parrà. La quarta parte del cuojo, o della mortella, che ſi troverà eſſerſi contr' a queſta Legge comperati, o rivenduti, daraſſi al denunziante, che non ſarà mai rivelato.

LEX XI.

(a) Ut haec Civitas, & quum primis pauperes axungiae copiam habeant, nemo in hac Urbe axungiae plus emat, quam domus ſuae neceſſitas poſtulaverit. Nemo itidem eorum, qui in hac Urbe, Urbiſve territorio coriariorum artem exercent, axungiam emat ultra artis neceſſitatem: quamque eorum aliquis emerit, ipſe conſumat, nec aliis coriariis, aut non co-

LEGGE XI.

Perchè queſta Città, e maſſimamente i poveri abbiano abbondanza di ſugna, o ſaima, *niuno in queſta Città ne comperi più, che non richiederà la neceſſità della ſua caſa. Parimente niuno di coloro, ch' eſercitano in queſta Città, o nel diſtretto di eſſa il meſtiere di cojai, comperi ſugna, o* ſaima *oltre la neceſſità dell' arte: e quella, che alcun di eſſi compere-*

coriariis exteris, civibuſve revendat, refundatve. Secus faciens, axungiam deperdet, (*) & carcere continebitur per menſes tres.

(a) *Ex tit. Pr. 7. & 13. eod.*
(*) Si è moderata la pena.

rerà, eſſo la conſumi, nè la rivenda, o rifonda ad altri cojai, o non cojai, ſtranieri, o cittadini. Il traſgreſſor della Legge perderà la ſugna, o ſaima, e ſarà tenuto prigione per tre meſi.

LEX XII.

(a) Piſcatores, venditoreſque piſcium, propolaeve nemini piſcem in mari vendant, donentve, antequam pro eo vectigal ſolverint, ſed eum recta adferant ad publicanos.: ac ſoluto vectigali continuo venalem publice producant: caveantque, ne in apothecis, domibus, aliove quovis loco aliquam illius partem recondant quovis praetextu ſub poena ducatorum viginti quatuor. (*) Eaſdem poenas luent ii, qui in ea parte maris, quod inter Neapolim, ac Turrim octavam interjacet, conſiſtere piſcem habentes deprehenduntur, niſi qua eos vis maris, aliave neceſſaria, & manifeſta cauſſa defendat.

(a) *Ex Pr. 46. eod.*
(*) Coteſta pena ſi oſſerva. Si rappreſentò.

LEGGE XII.

I peſcatori, e i venditori, o rivenditori di peſci a niuno vendano, o donino il peſce in mare, primachè ne abbiano pagato la gabella, ma 'l portino dirittamente a' gabellieri, e pagata la gabella, ſubito l' eſpongano pubblicamente venale, e ſi guardino di aſconderne alcuna parte ne' magazzini, nelle caſe, ad in altro qualunque luogo per qualſivoglia preteſto ſotto pena di ducati ventiquattro. Le medeſime pene ſon minacciate a coloro, che ſi trovan fermi col peſce in quella parte di mare, ch' è frappoſto tra Napoli, e la Torre del greco, ſe non gli ſcuſi la forza del mare, od altra neceſſaria, e manifeſta cauſa.

(a) §. I. Piſcem vendere iis tantum poteſtas eſto, quorum nomina ſunt matriculae inſerta; nec alias, quam libra, & chartulis, quibus pretia inſcripta ſunt, publice propoſitis, ut patere omnibus poſſint. (*) Cujus nomen non eſt matriculae inſertum, is, ſi piſcem vendit, ducatis ſex mulctetur.

§. I. Poſſano vender peſce ſolamente coloro, i cui nomi ſono inſeriti nella matricola: e nol vendano altrimente, che con bilancia, e cartelle d' aſſiſa eſpoſte al pubblico, sì che tutti poſſan vederle. Se 'l vende chi non è matricolato, paghi di pena ducati ſei.

(a) *Ex* §. *II.*

percepti plus habuerit, quam poſtulare domus ſuae neceſſitas videatur, foveas, apothecaſve, quibus illud reconditur, omnibus, qui velint minutatim emere in uſum ſuum, atque ipſis etiam vectoribus, qui frumentum, hordeumve emunt, alibi, ubi frumenti, hordeive inopia eſt, revendituri, patere ſinat, & communi pretio vendat. Si quis vendere detrectaverit jacturam faciet frumenti, hordeive, cujus tertia pars delatori ut ut officiali cedat, (*) & caſtro ad quadriennium punietur. Ne vero frumenti, hordeive dominus ſub praetextu contractae cum alio venditionis fraudem faciat huic Legi, frumentum, hordeumve ſtatim ut venditum eſt, in ſaccum conjiciatur, atque alio transferatur. Officiales cujuſvis generis in qualibet Regni parte annonae praefecti, quique ſunt e miniſteriis eorum vectoribus, ſive emere frumentum, hordeumve velint, ſive quavis alia re opus habeant, ſuam praeſtent auctoritatem. Si quid pecuniae ab eis abraſerint, aut per ſe, vel per alios ſub quovis praetextu eis fuerint impedimento, pecuniariis, corporalibuſque poenis pro qualitate perſonae, uti Regi fuerit viſum, plectentur. Caveant autem vectores, ne quod frumenti, hordeive emerunt, aliquo loco recondant: proinde ii tantum fru-

ch'è coltiva, più che non par che richiegga la neceſſità di ſua caſa, faccia ſtare aperti i foſſi, e i magazzini, ove è ripoſto, ed a prezzo corrente il venda a tutti coloro, che vogliano comperarlo a minuto per proprio uſo, ed anche a' vaticali, che 'l comperano per rivenderlo altrove, ove ne ſia ſcarſezza. Se alcuno ricuſerà di venderlo, perderà 'l frumento, o l'orzo, la cui terza parte diaſi al denunziante tuttochè uffiziale, e ſarà punito di preſidio per quattro anni. Perchè poi il padron del frumento, o dell'orzo ſotto il preteſto di averne contratta vendita con altrui non faccia frode a queſta Legge, il frumento, o l'orzo toſto che ſi è venduto, ſi ponga in un ſacco, ed altrove ſi traſferiſca. Gli uffiziali di qualunque genere, che in qualſivoglia parte del Regno ſoprantendono all'annona, e i loro ſubalterni preſtino la loro autorità a' vaticali, o ſe vogliano comperare frumento, od orzo, o ſe di qualunque altra coſa abbian biſogno. Se da loro eſtorqueranno danaro, o ſotto qualſivoglia preteſto recheran loro impedimento, ſaran puniti ad arbitrio di S. Maeſtà di pene pecuniarie, e corporali ſecondo la qualità della perſona. Si guardino poi i vaticali di non riporre in alcun luogo il frumento, o l'orzo, che han comperato: il perchè comperino eſſi giornalmente tanto frumento, od

orzo

menti, hordeive in dies emant, quantum jumentis, quae ducunt, vehi poteſt: emtum recta vehant eo, ubi ſunt illud revendituri: & ſicubi eos pernoctare contingat, ut primum illuxerit, porro pergant, quo coeperunt: demum illud publice vendant in *adobanis* hujus Regni: ac ſi quo die advenerunt, vendere non poſſint, ad alia publica Regni loca exportent. Contra facientibus mercium, jumentorumque jactura, triremiumque poena (*) ad triennium comminatur.

(a) *Ex Pr. 16. & 17. n.1. & 2. de annon.*
(*) Si è ridotta a 4. anni di preſidio la pena d' anni 10. di relegazione, o di galea.
(*) Si è ridotta a tre anni la pena di 10.

orzo, quanto ne poſſon portare gli animali, ch'e' conducono: e comperato dirittamente il traſportino, dove l' han da rivendere; ed accadendo, che debbano pernottare in alcun luogo, come ſi ſarà fatto giorno, proſeguano il lor cammino: ed in fine il vendano pubblicamente nelle dogane di queſto Regno: e ſe nol poſſano vendere nel dì, che vi ſono arrivati, il traſportino ad altri pubblici luoghi del Regno. A' traſgreſſori è minacciata la perdita delle merci, e degli animali, e la pena della galea per tre anni.

(a) §. I. Quod vero Legibus noſtris facile fieri fraus poteſt frumento, hordeove Beneventum illato; quiſquis frumentum, hordeumve eo invehi fecerit inibi recondendum, revendendumque, merce ipſa, ac ducatis decem mille multabitur, aliaque poena etiam corporali pro Regis arbitratu: vectores ultimo ſupplicio, aut trireme in perpetuum, uti Regi fuerit viſum, luent. Iisdem poenis ſubjiciantur, qui plus eo frumento, hordeove, quod intra quatuor millia paſſuum ab ea Urbe naſcitur, invexerit, invehive juſſerit in locum aliquem, qui ſit intra quatuor illa millia paſſuum. Delatoribus quarta pars interceptae mercis, ac taciturni-

§. I. Ma perchè facilmente ſi può far frode alle noſtre Leggi, introducendoſi in Benevento grano, od orzo; chiunque vel farà introdurre, perchè quivi ſi riponga, e rivenda, perderà la merce, e ſarà punito di pena di ducati dieci mila, e d'altra anche corporale ad arbitrio del Re: i vaticali ſaranno puniti di morte, o di galea in vita, ſecondochè a S. Maeſtà parrà. Alle medeſime pene ſoggiaccia colui, che introdurrà, o farà introdurre in alcun luogo, che ſia dentro quattro miglia da quella Città, più di quel frumento, od orzo, che naſce dentro quelle quattro miglia. Prometteſi a' denunzianti il quarto della merce, e di tenergli ſegreti.

§. II.

tas pollicetur.

(a) *Ex Pr. 18. eod.*

§. II. Si quis frumentum in piſtrinis Beneventi molendum vexerit, molitum eo revehat, unde evexit, ſub eisdem poenis.

§. III. De vectoribus, qui frumentum, hordeumve Beneventum invehunt in *adobana* vendendum, eadem omnia ſervari placet, quae de frumento, hordeove in aliis Regiis *adobanis*, nundinisve per eos vendendo ſunt cauta.

§. II. Se alcuno porterà frumento a macinare ne' mulini di Benevento, poichè ſarà macinato, il riconduca là, donde il portò, ſotto le medeſime pene.

§. III. Per riſpetto de' vaticali, che portano a Benevento il frumento, o l'orzo a vendere nella dogana, ſi oſſervino tutte le medeſime coſe, che ſi ſono ſtabilite del frumento, o dell'orzo, ch' e' portano a vendere nelle altre Regie dogane, o fiere.

LEX IV.

(*a*) Quod in Apulia, ex quo maxime loco in hanc Urbem, aliaſque hujus Regni partes magna tritici copia importatur, ſaepe nonnulli diverſas tritici reliquias in diverſis foveis diu reconditas miſcent, congeruntque in unam, ac bono tritico operiunt, unde magno populorum, & quum primis pauperum malo malus conficitur panis; id ne fiat, vetitum eſt: ac tritici dominis, qui id fecerint, fierive mandaverint, exſequutoribuſque mandati, ſi flaganti crimine deprehenſi ſint, poenae corpore luendae, uti Regi pro rei, perſonarumque ratione viſum fuerit, comminantur. Qui ibi jus dicunt, ubi admiſſa eſt fraus, in rem inquirant, reos in carcerem compin-

LEGGE IV.

Poichè nella Puglia, donde maſſimamente ſi porta in queſta Città, e nelle altre parti del Regno gran copia di grano, ſovente alcuni meſcolano diverſi avanzi di grano riposti da lungo tempo in diverſi foſſi, e gli ripongono in uno, e ricuoprongli di buon grano, onde con grande incomodo de' popoli, e ſopra tutto de' poveri ſi fa mal pane; ciò non ſia perinnanzi fatto: ed a' padroni del grano, che ciò faranno, o 'l faranno fare, ed agli eſecutori del mandato, eſſendo colti in flagranti, *ſon minacciate le pene corporali, ſiccome al Re parrà, ſecondo la qualità del fatto, e delle perſone. I governadori del luogo, dove ſi è commeſſa la frode, prendano informazione della coſa, incarcerino i rei,*

gant, deque rei, reorumque qualitate referant ad Regem, poenam, ut rei, perſonarumque ratio poſtulaverit, definiturum.

(a) *Ex Pr. 4. eod.*

i rei, e della qualità del fatto, e de' rei facciano relazione a Sua Maeſtà, la quale ſtabilirà la pena, ſecondochè richiederà la qualità della coſa, e delle perſone.

LEX V.

(a) Quod data in anteceſſum pecunia, aliave re, ut tum adveniente tempore meſſis triticum, hordeumve ſecundum prima pretia recipiatur, periculum eſſe poteſt, ne ii ipſi, qui tradere triticum, hordeumve debent, venditionibus per ſimulationem arbitrario pretio factis pretium intendant; placet, non alias pro iis frugibus pecuniam, aliudve dari, aut recipi licere, quam ea lege, ut tanti emtae, ac venditae intelligantur, quanti de recepto cujuſque loci more publice fuerint aeſtimatae. Quiſquis pecuniam, aliudve ſecundum prima pretia dederit, acceperitve, nihil aget, acceptumque, ſive pecunia ſit, ſive merx, & hoc plus ducatos bis mille inferet fiſco.

(a) *Ex Pr. 19. de annon.*

(a) §. I. Quod vero in provinciis Apuliae, & Capitanatae ſatorum tritici, hordeive, & iſtiuſmodi contractuum major, quam alibi eſt numerus, ac frequentior proinde fraus; nonnulla earum provinciarum propria caventur. Et primum ne quis a pluribus accipiens diverſas pecuniae ſummas,

LEGGE V.

Poichè dandoſi anticipatamente danaro, od altra coſa per riceverne poi venendo il tempo della raccolta grano, od orzo ſecondo i primi prezzi, ci può eſſer pericolo, che que' medeſimi, i quali debbono conſegnare il grano, o l'orzo, con vendite ſimulate a prezzo arbitrario non ne alterino il prezzo; non altrimente ſia lecito di darſi, e di riceverſi per quelle biade danaro, od altro, che con condizione, che s'intendano comperate, o vendute per tanto, quanto ſaranno ſtate per pubblica autorità eſtimate, ſecondo l'uſanza di ciaſcun luogo. Chiunque darà, o riceverà danaro, od altro ſecondo i primi prezzi farà un atto nullo, e darà per pena al fiſco quel che ha ricevuto in danaro, od in merce, e di più ducati duemila.

§. I. Ma perchè nelle provincie della Puglia, e di Capitanata più, che altrove, è grande il numero de' maſſari di grano, o d'orzo, e di coteſti contratti, e ſeguentemente più frequente la frode; ſono ſtabilite alcune coſe proprie di quelle provincie. E primieramente, perchè alcuno, prendendo da'

mas, quae in unam redactae pretium ſuperant tritici, hordeive in fundis, quos colit, naſcituri, fraudem faciat creditoribus; placet, iſtiuſmodi obligationes expediri tantum apud magiſtrum actorum ejus loci, cujus municeps eſt, qui traditurum ſe eas fruges promittit, interveniente tamen juridico ejusdem loci: aliter expeditas non valere: pecuniamque non poſſe aliis dari, quam iis, quos in ſuo, alienove agro tritici, hordeive ſaturos eſſe appareat ex literis authenticis adminiſtratorum univerſitatis ejus loci, cujus ii municipes ſunt. Iis autem literis exprimatur diſtincte, quantum quiſque habeat fundi ad tritici, hordeive ſationem paratum: ac ſi contra earum literarum fidem dein conſtiterit, eos, quibus data pecunia eſt, aut tritici, hordeive ſatores non eſſe, aut non tantum habere fundi ad ſationem parati, quantum expreſſum eſt, adminiſtratores poena falſi teneantur, & quidquid inde emerſerit damni, aeque cum iis, qui pecuniam acceperunt, ſarciant. Porro ne pecunia in tritici hordeive ſationem data in alios uſus convertatur, ſatores non plus accipiant, quam ducatos denos in ſingulas *verſuras*: nec plus quam quinos tempore ſationis, reliquum tempore meſſis. Quod plus denis ducatis in ſingulas *verſuras* eſt da-

da' più diverſe ſomme di danaro, che ridotte ad una ſuperano il prezzo del grano, o dell' orzo, che può naſcere ne' fondi, ch' è coltiva, non poſſa far frode a' creditori; coteſti obblighi ſi ſpediſcano ſolamente preſſo il maſtro d' atti del luogo, ov' è cittadino colui, che promette di dar quelle biade, intervenendovi però il governadore del medeſimo luogo: e ſpediti altrimente non vagliano: e 'l danaro non poſſa darſi ad altri, che a coloro, i quali per lettere autentiche degli amminiſtratori del luogo, dove ſon cittadini, coſti eſſer maſſari di grano, o d'orzo nel fondo proprio, o d' altrui. In quelle lettere poi diſtintamente ſi eſprima, quanto fondo abbia ciaſcuno per la ſemina del grano, o dell'orzo: e ſe contr' a ciò, che in quelle lettere ſi atteſta, coſterà dappoi, che coloro, cui ſi è dato il danaro, o non ſono maſſari di grano, o d' orzo, o tanto fondo non hanno per la ſemina, quanto è ſtato eſpreſſo, gli amminiſtratori ſieno tenuti di falſo, e non meno che i maſſari, i quali han ricevuto il danaro, rifacciano il danno. Oltre a ciò perchè 'l danaro dato per la ſemina del grano, o dell' orzo non ſi ſpenda in altri uſi, i maſſari non ne prendano più che ducati dieci per verſura, e di eſſi non più di cinque nel tempo della

Digitized by Google

datum, qui dederunt, deperdant. Ubi autem venit dies ſolutionis, locatores praediorum debitam eo anno mercedem, quique pecuniam eo anno dederunt, triticum, hordeumve perſequentes aequo jure concurrant, & quod pertinet ad fruges ejus anni, praeferantur caeteris quibuſcumque creditoribus tacitam, expreſſamve hypothecam habentibus, etiam prioribus: Fiſcus autem ſit potior, eo qui pecuniam dedit ad ſationem. Quod ſi illi ex frugibus ejus anni conſequi ſolidum non poſſint, quantum ad alia debitorum bona cum aliis creditoribus, uti jure communi eſt cautum, concurrant.

(a) *Ex Pr. 28. eod.*

della ſemina, il rimanente nel tempo della raccolta. Quanto ſi è dato ſopra i ducati dieci per verſura, da coloro, che l' han dato, ſi perda. Venuto poi il tempo del pagamento concorrano con pari diritto ſul grano, o ſull' orzo i locatori de' fondi per la mercede di quell' anno, e coloro, che in quell' anno han dato il danaro, e per riſpetto del grano, o dell' orzo di quell' anno ſi preferiſcano agli altri qualunque creditori, che han tacita, od eſpreſſa ipoteca, tuttochè anteriori: il Fiſco però ſia preferito a colui, che diede il denaro per la ſeminazione. Che ſe non poſſon coloro dalle biade di quell' anno conſeguire tutto ciò, che loro ſi deve, per riſpetto degli altri beni de' debitori concorrano con gli altri creditori a tenore del jus comune.

LEX VI.

(*a*) Quandoque piſtores, horumve nomine alii vectoribus farinae Regiam *adhoanam* non dum ingreſſis occurrentes ita de pretio paciſcuntur, ut illud in Regia *adhoana* intendatur: quod quum ſit publice damnoſum, piſtores, horumve nomine alii intra, aut extra hanc Urbem per triginta millia paſſuum vectoribus iſtis in eum finem occurrere, ac de pretio paciſci, vetitum. In ipſa igitur *adhoana*, horaque ſolita vecto-

LEGGE VI.

Alcune volte i fornai, od altri in lor nome, andando all' incontro a' vaticali, che portan farina, primachè entrino nella Regia dogana pattuiſcono in modo del prezzo, che ſi alteri nella Regia dogana: la qual coſa, eſſendo di pubblica danno, è proibito a' fornai, o ad altri in lor nome di andare per tal fine all' incontro a' ſuddetti vaticali dentro, o fuori di queſta Città per trenta miglia, e pattuir con loro del prez-

ctores, piſtoreſque de pretio paciſcantur, ac vendant, emantque. Piſtores, vectores, aliive, ſi contra fecerint, trireme per annos quinque luent (*): quique reum prodiderit, probato crimine ducatos quinquaginta de pecunia (*) ipſius rei praemii loco feret in ſingulas vices, nec nomen ejus prodibit.

(a) *Ex Pr. 6, de annona.*
(*) Si ſon tolte le altre pene.
(*) Non del danaro della Città, come dice la Pr.

prezzo. Dunque dentro la Regia dogana, e nell' ora ſolita pattuiſcan del prezzo, e vendano, e comperino i fornai, e i vaticali. Contravvenendo i fornai, i vaticali, od altri, ſaran puniti di galea per cinque anni: e'l denunziante provato che avrà 'l delitto, riceverà per premio cinquanta ducati per volta del danaro del reo iſteſſo, nè ſarà rivelato.

(*a*) §. I. Item ne eadem fraude augeatur pretium animalium, quae ad victum hujus Civitatis in Neapolitanum emporium venalia importantur, ea in ipſo emporio emi jus ſit: intra eadem ſpatia, iiſdemque locis, quibus de farinae pretio paciſci eſt interdictum, emi animalia illa vetatur: triremiumque ad triennium poena contra facientibus conſtituta.

(a) *Ex Pr. 43. eod.*

§. I. Parimente perchè colla medeſima frode non ſi accreſca il prezzo degli animali, che per lo vitto di queſta Città ſi portano a vendere nel mercato di Napoli, ſi poſſan quelli comperare in eſſo mercato: dentro i medeſimi ſpazj, e ne' medeſimi luoghi, ne' quali è vietato pattuire del prezzo della farina, è proibito che quelli ſi comperino: minacciandoſi a' traſgreſſori la pena di tre anni di galea.

LEX VII.

(*a*) Quod ſaepe navium domini pactae mercedis partem nautis, aliiſve, qui navibus operantur, dant in anteceſſum, ut hi navibus alacrius miniſtrent: nautae vero, aliive accepta pecunia relictis navibus alio ſe proripiunt magno commercii, & quum primis annonae detrimento; nautas, alioſve accepta pecunia abſcedere e na-

LEGGE VII.

Poichè ſovente i padroni delle navi danno anticipatamente parte della mercede pattuita a' marinai, o agli altri, che ſervono nelle navi, perchè ſervano più di buon animo: i marinai poi, o gli altri, poichè ſi han preſo il danaro, abbandonate le navi ſe ne vanno altrove con grave danno del commercio, e maſſimamente dell' annona;

Digitized by Google

e navibus vetatur. Si abſceſſe-rint, duplum ejus dominis navium rependent, aliiſque poenis etiam corporalibus pro (*) Magiſtratus arbitrio ſubjicientur.

(a) *Ex Pr. 23. de annona.*
(*) L' ha mutato la Giunta.

nona; è proibito a' marinai, ed agli altri di partir dalle navi, poichè avran ricevuto il danaro. Partendone, daranno il doppio a' padroni delle navi, e ſoggiaceranno ad altre pene anche corporali ad arbitrio del Magiſtrato.

L E X VIII.

(*a*) Tabernariis liberum ſit omne carnium, piſcium, aliorumve eſculentorum genus emere in tabernarum ſuarum uſum, & quavis hora vendere: nec Praefectus annonae, Decurioneſve hujus Civitatis impedimento ſint, ne aut emant, vendantve tabernarii, aut his alii vendant.

(a) *Ex Pr. 47. eod.*

L E C G E VIII.

Sia lecito a' tavernai di comperare per l'uſo delle loro taverne, e di vendere in qualunque ora ogni genere di carni, di peſci, o d'altri comeſtibili, nè 'l Prefetto dell'annona, o gli Eletti di queſta Città proibiſcano od a' tavernai di comperare, o di vendere, od agli altri di vendere a' tavernai.

L E X IX.

(*a*) Ne liberum cauponibus ſit plus, quam eſt aequum, ex iis exculpere, qui ad ipſos divertunt, adminiſtratores univerſitatum intervenientibus juridicis locorum quidquid eſculentorum, poculentorum in uſum hominum, aut animalium vendi mos eſt, initio cujuſque menſis tanti taxent, quanti inibi, viciniſque locis communiter aeſtimantur: mercedes itidem lecti, tecti, ſtabulive nomine debitas, ut pro varia temporum, locorumque ratione aequum videbitur, ſtatuant: tum iſtos pretiorum elenchos, quo omnibus pateant, ad cauponarum val-

L E G G E IX.

Perchè non poſſano gli oſti eſtorquer da coloro, che vanno da eſſi ad albergare, più di quello, ch' è giuſto; gli amminiſtratori delle univerſità coll' intervento de' governadori locali taſſino nel principio di ciaſcun meſe le coſe da mangiare, e da bere, ch' è ſolito di venderſi per l'uſo degli uomini, e degli animali, e le taſſino tanto, quanto quivi, e ne' luoghi vicini comunemente ſi eſtimano: ſtabiliſcano ancora le mercedi dovute per lo letto, per lo tetto, e per la ſtalla, come parrà loro giuſto ſecondo la ragion de' tempi, e de' luoghi: indi facciano affigere al

Digitized by Google

valvas affigi curent: ſi haec facere neglexerint, ducatos CL. poenae nomine daturi.

(a) Ex Pr. 20. eod.

alle porte delle oſterie coteſte note di prezzi, onde da tutti ſi ſappiano: da' dover pagare 150. ducati di pena, ſe traſcureranno di farlo.

LEX X.

(*a*) Nullus coriarius, ſive in hac Urbe, ſive in hujus Urbis territorio artem exerceat, ac nemo alius exterus, aut civis, cujuſcumque gradus, conditioniſque ſit, villoſa coria, myrtumve emat revenditurus, ſed ſuae quiſque conſulat neceſſitati. Quiſquis eorum deliquerit, rem ultra uſum ſuum emtam deperdet, aliaſque poenas etiam corporales, ut (*) Magiſtratui videbitur, luet. Quod coriorum, myrtive contra jus emtum, revenditumve deprehendetur, ejus quarta pars cedet delatori nunquam prodendo.

(a) *Ex Pr. 7. eod.*
(*) L' ha mutato la Giunta.

LEGGE X.

Niun cuojajo, o in queſta Città, o nel territorio di eſſa eſerciti l' arte, o niun altro cittadino, o ſtraniero, di qualunque grado, o condizione ſia, comperi per rivendere cuoi peloſi, o mortella; ma ciaſcuno provegga a' proprj biſogni. Chiunque di eſſi delinquerà, perderà quel che ha comperato oltre il proprio uſo, e ſoſterrà altre pene anche corporali, come al Magiſtrato parrà. La quarta parte del cuojo, o della mortella, che ſi troverà eſſerſi contr' a queſta Legge comperati, o rivenduti, daraſſi al denunziante, che non ſarà mai rivelato.

LEX XI.

(*a*) Ut haec Civitas, & quum primis pauperes axungiae copiam habeant, nemo in hac Urbe axungiae plus emat, quam domus ſuae neceſſitas poſtulaverit. Nemo itidem eorum, qui in hac Urbe, Urbiſve territorio coriariorum artem exercent, axungiam emat ultra artis neceſſitatem: quamque eorum aliquis emerit, ipſe conſumat, nec aliis coriariis, aut non co-

LEGGE XI.

Perchè queſta Città, e maſſimamente i poveri abbiano abbondanza di ſugna, o ſaima, *niuno in queſta Città ne comperi più, che non richiederà la neceſſità della ſua caſa. Parimente niuno di coloro, ch' eſercitano in queſta Città, o nel diſtretto di eſſa il meſtiere di cojai, comperi ſugna, o* ſaima *oltre la neceſſità dell' arte: e quella, che alcun di eſſi compere-*

coriariis exteris, civibuſve revendat, refundatve. Secus faciens, axungiam deperdet, (*) & carcere continebitur per menſes tres.

(a) *Ex tit. Pr. 7. & 13. eod.*
(*) Si è moderata la pena.

rerà, eſſo la conſumi, nè la rivenda, o rifonda ad altri cojai, o non cojai, ſtranieri, o cittadini. Il trasgreſſor della Legge perderà la ſugna, o ſaima, e ſarà tenuto prigione per tre meſi.

L E X XII.

(*a*) Piſcatores, venditoreſque piſcium, propolaeve nemini piſcem in mari vendant, donentve, antequam pro eo vectigal ſolverint, ſed eum recta adferant ad publicanos: ac ſoluto vectigali continuo venalem publice producant: caveantque, ne in apothecis, domibus, aliove quovis loco aliquam illius partem recondant quovis praetextu ſub poena ducatorum vigintiquatuor. (*) Eaſdem poenas luent ii, qui in ea parte maris, quod inter Neapolim, ac Turrim octavam interjacet, conſiſtere piſcem habentes deprehenduntur, niſi qua eos vis maris, aliave neceſſaria, & manifeſta cauſſa defendat.

(a) *Ex Pr. 46. eod.*
(*) Coteſta pena ſi oſſerva. Si rappreſentò.

L E G G E XII.

I peſcatori, e i venditori, o rivenditori di peſci a niuno vendano, o donino il peſce in mare, primachè ne abbiano pagato la gabella, ma 'l portino dirittamente a' gabellieri, e pagata la gabella, ſubito l' eſpongano pubblicamente venale, e ſi guardino di aſconderne alcuna parte ne' magazzini, nelle caſe, od in altro qualunque luogo per qualſivoglia pretesto ſotto pena di ducati ventiquattro. Le medeſime pene ſon minacciate a coloro, che ſi trovan fermi col peſce in quella parte di mare, ch' è frappoſto tra Napoli, e la Torre del greco, ſe non gli ſcuſi la forza del mare, od altra neceſſaria, e manifeſta cauſa.

(*a*) §. I. Piſcem vendere iis tantum poteſtas eſto, quorum nomina ſunt matriculae inſerta; nec alias, quam libra, & chartulis, quibus pretia inſcripta ſunt, publice propoſitis, ut patere omnibus poſſint. (*) Cujus nomen non eſt matriculae inſertum, is, ſi piſcem vendit, ducatis ſex multetur.

§. I. Poſſano vender peſce ſolamente coloro, i cui nomi ſono inſeriti nella matricola: e nol vendano altrimente, che con bilancia, e cartelle d' aſſiſa eſpoſte al pubblico, sì che tutti poſſan vederle. Se 'l vende chi non è matricolato, paghi di pena ducati ſei.

(a) *Ex*

§. II.

(a) *Ex cit. Pr. 46. a. 2.*
(*) Coteſta pena ſi oſſerva.

(*a*) §. II. Nemini emere piſcem liceat ſupra domus ſuae uſum: nec quiſquam ante accipiat, quam, ſoluto vectigali, in locis ſolitis publice proſtet venalis. Secus faciens, ducatos duodecim poenae nomine det. (*b*) Pari cum aliis jure cenſeantur publicani ipſi, caeterique omnes, qui vectigali piſcis operam dent quoquo modo: tantum abeſt, ut eis liceat, antequam piſcem e mari eduxerint piſcatores, aliive, ad hos navi accedere, piſcemque accipere emtionis, donationisve cauſſa.

(a) *Ex cit. Pr. 46. §. 5.*
(b) *Ex Pr. 9. eod.*

LEX XIII.

Quae alia ad annonam hujus Civitatis ſpectantia ſunt in Capitulis Comitis Ripecurſiae vernaculo ſermone ſcriptis, Conſtitutione hac confirmantur, excepto quod vel novis Legibus eſt abrogatum, vel certo deſuevit.

(*a*) §. I. Officiales Decurionum, Civitatis Neapolitanae ſi adverſus eos, qui commiſerint in Leges de annona, partes ſuas interponere detrectaverint praeſentes, aut rogati, officio dejiciantur in perpetuum, nunquam reſtituendi, aliaque etiam poena plectantur (*) arbitratu Praefecti annonae.

(a) *Ex*

§. II. A niuno ſia lecito di comperar peſce oltre l' uſo di ſua caſa: nè ſel prenda alcuno primachè ſieſi ingabellato, ed eſpoſto pubblicamente venale ne' luoghi ſoliti. Chi contravviene dia di pena ducati dodici. Il medeſimo s' intenda ordinato degl' iſteſſi gabellieri, e di tutti gli altri, che invigilano in qualunque modo alla gabella del peſce, tanto è lontano, ch' è poſſano accoſtarſi per mare a' peſcatori, primachè coſtoro abbian portato a terra il peſce, e prenderlo a titolo di compera, o a donazione.

LEGGE XIII.

Sono confermate per queſta Coſtituzione le altre coſe, che circa l' annona di queſta Città ſono ne' Capitoli del Conte di Ripacorſa ſcritti nel linguaggio del paeſe, eccettone quel, che o è ſtato per nuove Leggi abrogato, o certamente è ito in diſuſo.

§. I. Gli uffiziali degli Eletti della Città di Napoli ſe o preſenti, o richieſti ricuſeranno di far ſuo dovere contra coloro, che traſgrediranno le Leggi dell' annona, ſieno privati d' impiego a perpetuo da non poter eſſere reintegrati, e ſi puniſcano ancora con altra pena ad arbitrio del Prefetto dell' annona.

§. II.

(a) *Ex Pr. 45. de annona in fin.*

(*) Si è dato l' arbitrio al Prefetto dell' annona. Si rappreſentò.

(*a*) §. II. Poenae pecuniariae Legibus de annona hujus Civitatis comprehenſae commodo cedant univerſitatis Neapolitanorum.

Si dovea quì aggiungere un' altra Legge ſulle Prammatiche, che parlano della vendita de' frutti; ma ſi tralaſciò, perchè ſi aveano a fare certe diligenze.

(a) *Ex Pr. 44., & 45. in fin., 46. in fin. & paſſim tit. de annona, & ex Capitulis Comitis Ripecurſae.*

§. II. Le pene pecuniarie contenute nelle Leggi dell' annona di queſta Città cedano a comodo della univerſità di Napoli.

De bruchis.

TITULUS II.

LEX I.

(*a*) Quod in Apulia, aliiſque provinciis hujus Regni non raro contingit, bruchos ſatis arrodendo nocere, ne hinc inopia enaſcatur, quae ſequuntur, caventur.

§. I. Adminiſtratores univerſitatum hominibus iſtius rei expertis mandent, ut luſtratis agris, loca reperiant, quibus id genus vermes ova poſuere: repertaque diligenter arari jubeant tempore opportuno, hoc eſt menſe Septembri, atque Octobri, ubi jam pluvit. Ita fiet, ut quae ova latent ſub terra, ad terrae ſuperficiem evadant, tum aliis pluviis ſupervenientibus putreſcant. Porro vermes iſtos colligi faciant: hancque operam ſic inter cujuſque loci *focularia* partiantur, ut ſingulis modii quadrans adſignetur ver-

De' bruchi.

TITOLO II.

LEGGE I.

Poichè nella Puglia, ed in altre provincie di queſto Regno non di rado avviene, che i bruchi rodendo nuocono a' ſeminati, perchè quinci non naſca l' inopia, ſono ſtabilite le coſe ſeguenti.

§. I. Gli amminiſtratori delle univerſità commettano ad uomini, che ne hanno l' eſperienza, che, riconoſciuti i campi, ritrovino i luoghi, dove han poſte l' uova i vermi di cotal ſorte, e ritrovatigli, gli facciano diligentemente arare a tempo proprio, cioè nel meſe di Settembre, e di Ottobre, quando ſono già cadute le pioggie. Così avverrà, che le uova, che ſtanno naſcoſte ſotto la terra, vengano ſu la ſuperficie della terra, indi ſopravvegnendo le altre pioggie, s' infracidino. Oltre a ciò facciano raccorre coteſti vermi, e dividano

vermibus implendus in dies ſingulos: tum *focularia* quadrantem quodque ſuum veſperi exhibeant juridicis locorum, atque adminiſtratoribus univerſitatum, quorum partes erunt, vermes aut in mare, profluentemve projici, aut in foveas injectos tundi, & comburi jubere: idque operae eatenus impendatur, quatenus juridicis locorum, adminiſtratoribuſque videbitur expedire.

§. II. Hoc plus quoniam experimento compertum eſt, vermes iſtos frigus appetere, expedit, quum illi recens nati primum incipiunt ſaltare, agrorum dominos, colonoſve in fundi parte non ſata, ubi illi herbas depaſcuntur, foveam facere pro fundi modo, effoſſamque terram ponere ad oram partis ſatae, quo iis ad foveam frigoris ſtudio pergentibus expedita, & plana pateat via: quumque illi ſe in eam demiſerint, effoſſam terram ſuperjicere.

§. III. Praeterea menſe Aprili, aut paulo ante, vel poſt, quibus temporibus naſcuntur bruchi, quiſquis habet ſues, has in agros immittat, bruchos, quorum ſunt appetentiſſimae, depaſturas.

§. IV. Poſtremo domini, colonive in ſuo quiſque fundo linteum explicent tempore opportuno, in-

vidano queſta fatiga tra' fuochi *di ciaſcun luogo in modo, che a ciaſcun* fuoco *ſi aſſegni un quarto di tumolo da riempirſi in ciaſcun giorno di vermi, e poi la ſera il faccia ciaſcuno oſſervare da' governadori de' luoghi, e dagli amminiſtratori delle univerſità, i quali dovranno fargli buttare nel mare, o nel fiume, o gettati ne' foſſi fargli ſchiacciare, e bruciare: e coteſta diligenza ſi uſi ſino a che parrà ſpediente a' governadori, ed agli amminiſtratori.*

§. II. Di più, ſapendoſi per eſperienza, che coteſti vermi deſiderano il freddo, è ſpediente, che quando di freſco nati cominciano a ſaltare, i padroni de' campi, o i coloni nella parte non ſeminata del fondo, dove quelli paſcono l'erbe, facciano una foſſa ſecondo la capacità del fondo, e pongano la terra cavata all'orlo della parte ſeminata, perchè quelli andando per deſiderio di freddo al foſſo, abbiano una via ſpedita, e piana, e che quando quelli vi ſon meſſi dentro, vi gettin ſu la terra cavata.

§. III. Oltre a ciò nel meſe d'Aprile, o poco prima, o dopo, ne' quali tempi naſcono i bruchi, chiunque ha porci, gli mandi ne' campi, perchè ſi paſcano de' bruchi, di cui ſono voglioſiſſimi.

§. IV. Finalmente i padroni, e i coloni nel tempo opportuno ſpandano ciaſcuno nel ſuo fondo un len-

in eoque bruchum unum, aut alterum ponant, ut alii ad vermes illos ſibi congeneres naturae impetu advolantes, eodem linteo comprehendantur, comprehenſique enecentur.

(*a*) §. Si quem eorum, ad quos haec Conſtitutio ſpectat, contra feciſſe conſtiterit, is ducatis mille, aliaque graviori pro Regis arbitrio poena multabitur.

(*) *Ex Pr. un. de bruchis.*

lenzuolo, e vi pongano uno, o due bruchi, perchè gli altri, volando per iſtinto naturale verſo què vermi della loro ſpezie, reſtino preſi nello ſteſſo lenzuolo, e ſi ammazzino.

§. *V. Se coſterà, che alcun di coloro, cui riguarda queſta Coſtituzione, le abbia contravvenuto, ſi punirà colla pena di ducati mille, e con altra più grave ad arbitrio del Re.*

De archiatro, medicis, pharmacopolis, & aromatariis.

TITULUS III.

LEX I.

(*a*) PUblice intereſt, ne imperiti homines aut medicinam faciant, aut pharmaca componant, vendantve. Nemo igitur faciat medicinam, niſi a Neapolitano, Salernitano, aliove publico medicorum collegio probatus: (*) nemo itidem niſi probatus a collegio pharmacopolarum pharmacopolae officio fungatur. Qui non publico collegii alicujus judicio probatus eſt, ei permittitur medici, pharmacopolaeve munus exercere, ſi ejus rei venia ſit ei ſcripto data ab archiatro, (*) qui tamen caveat, ne cui veniam det, qui non ſit bene moratus, expertuſque artis, quam vult profiteri. Qui aut non publico alicujus collegii, aut ſaltem privato

Del protomedico, de' medici, degli ſpeziali di medicina, e manuali.

TITOLO III.

LEGGE I.

IMporta al pubblico, che gli uomini imperiti non facciano i medici, o gli ſpeziali di medicina. Niuno adunque faccia il medico, ſe non ſia ſtato approvato dal collegio de' medici di Napoli, di Salerno, o da altro pubblico collegio: niuno parimente faccia lo ſpeziale di medicina, ſe non ſia ſtato approvato dal collegio degli ſpeziali. A colui, che non è ſtato approvato da alcun pubblico collegio, è permeſſo di eſercitare l'uffizio di medico, o di ſpeziale di medicina, ſe gliene ſia ſtata data la licenza in iſcritto dal protomedico, il quale però ſi guardi di non darla a chi non è coſtumato, e pratico dell' arte, che vuol profeſſare. Chi non approvato o dal

to, archiatri judicio probatus medicum gerit, pharmacopolamve, carcere per annum, aliaque etiam poena plectetur. Feminas, quae ſine venia archiatri obſtetrices, medicaſve agunt, eaedem poenae manent.

(a) *Ex Conſt. quiſquis a modo. ex Conſt. utilitati ſpeciali, ex Conſt. quia nunquam, & Pr. 4. de ſcholari doctor.*

(*) Ex praxi.

(*) Circa queſto punto ſi dovea umiliare una rappreſentanza a S. M.

dal pubblico giudizio d'alcun collegio, od almeno dal privato giudizio del protomedico farà 'l medico, o lo ſpeziale di medicina, ſarà punito di carcere per un anno, e d'altra pena ancora. Le medeſime pene attendon le donne, che ſenza la licenza del protomedico fanno 'lo levatrici, o le medicheſſe.

(*a*) §. I. Ne facile contingat, minus apta, aut mala medicamenta aegrotis dari, atque ut, ſi id ſit factum, de auctore poſſit facile conſtare, vetatur, ne pharmacopolae pharmaca cuipiam dent, niſi tradita ſibi ſchedula, quam medicus aliquis legitime probatus ſcripſerit, ſubſcripſeritve. Pharmacopola, qui ſecus fecerit, trireme per quinquennium: medicus, qui non ſcripta, ſubſcriptave ſchedula alterutrum illud medicamentorum genus juſſerit dari, relegatione per idem tempus damnetur.

(a) *Ex Pr. 4. de pharmacop.*

§. I. Perchè facilmente non avvenga, che ſi diano agl' infermi medicamenti o non a propoſito, o nocivi, e perchè, ciò accadendo, poſſa facilmente ſaperſi l' autore, è vietato agli ſpeziali di medicina di dar medicamenti a perſona ſenza la ricetta ſcritta, o ſottoſcritta da medico approvato con pubblica autorità. Lo ſpeziale, che altrimente farà, ſi condanni alla galea per cinque anni: e'l medico, che ordinerà ſenza ricetta ſcritta, o ſottoſcritta l' uno, o l' altro genere di medicamenti, ſi releghi per lo medeſimo tempo.

(*a*) §. II. Quod in tanta hominum frequentia, quanta eſt in hac Urbe, ſuburbiiſque, frequens occaſio eſt rixarum, ac ſaepe ad arma proceditur, ut inflictorum inde vulnerum opportune haberi notitia queat, medici cujuſvis generis, quum primum aut in noſocomiis, aut alio quocumque loco ad curanda vulnera adhibentur,

§. II. Poichè in un paeſe tanto popoloſo, quanto ſono queſta Città, e i borghi, frequente è l' occaſione delle riſſe, e ſovente ſi viene alle armi; perchè poſſa averſi a tempo la notizia delle ferite, che altrui ſi ſon fatte, i medici di qualunque genere, la prima volta, che ſono adoperati negli ſpedali, od in qualſivoglia altro luogo

tur, ſtatim referant ad M. Curiam Regentem de perſona ejus, qui vulneratus eſt, (num mas, an femina ſit, nihil intereſt) de loco, ubi is eſt, ac de vulneris qualitate : nec quod alii jam ante adhibiti ſunt, id poteſt eos excuſare, ne referant : idemque onus incumbat etiam iis, qui domi, aliove loco ſuo vulneratos homines habent. Qui de ea re referre neglexerint, ducatos trecentos in ſingulas vices inferent fiſco, aliaſque poenas corpore luent arbitratu (*) Magiſtratus. (**) Quod in hac Urbe, idem in reliquis Regni partibus jus eſt, ſed quantum ad poenam mitius inibi conſtituat judex. Medicorum nomine intelliguntur in hac cauſſa chirurgi, hive, qui febres curant : aut ſi qui ſunt alii, qui curandis vulneribus quomodolibet adhibentur : quin ipſi tonſores, ſi venis caedendis adhibeantur.

(a) *Ex Pr.* 1. *&* 2. *de chirurgis*.
(*) Si è dato l' arbitrio al Magiſtrato.
(**) Si è diſteſa la Legge a tutto il Regno.

go a curar ferite, ſubito facciano relazione al Reggente della G. C. della perſona di colui, ch' è ſtato ferito (ſe ſia maſchio, o femmina, nulla importa) del luogo, ove colui ſta, e della qualità della ferita: nè perchè altri l' abbiano prima medicato, ciò può ſcuſargli : e lo ſteſſo obbligo abbiano anche coloro, che tengono i feriti nella propria lor caſa, od in altro lor proprio luogo. Coloro, che traſcureranno di farne relazione, pagheranno al fiſco trecento ducati per volta oltre altre pene corporali ad arbitrio del Magiſtrato. Lo ſteſſo ſi oſſervi nelle altre parti del Regno, ma per riſpetto della pena quivi gli puniſca il giudice più leggiermente. Sotto nome di medici intendonſi in queſto caſo non ſolo i chirurgi, ma ancora i medici di febre : anzi gli ſteſsi barbieri, ſe ſi adoperino per lo ſalaſſo.

LEX II.

(a) Pharmacopolae hujus Urbis octo de ditioribus, & peritioribus quotannis de more eligant futuros archiatro adjutores. Eos libere eligant, nec liceat archiatro quemquam proponere, aut reprobare, niſi quis ſit aut criminis delatus, aut alia juſta de cauſ-

LEGGE II.

Gli ſpeziali di medicina di queſta Città eleggano ogni anno ſecondo il ſolito otto de' più agiati, e de' più periti in ajuto del Protomedico. Liberamente gli eleggano, nè ſia lecito al Protomedico di proporne alcuno, o di riprovarlo, purchè non ſia da riprovare o come in-

Digitized by Google

cauſſa rejiciendus. Si qua forte in eo delectu quaeſtio inciderit, adeant Regalem Cameram S. Clarae, quae de ea re ſummatim cognoſcat. Electos niſi poſt annos duos, ex quo electi primum fuere, iterum eligi vetatur.

(a) *Ex. Pr.* 1. & 5. §. 2. 3. & 4. *de pharm.*

inquiſito, o per altra legittima cauſa. Se per avventura naſcerà qualche controverſia nella elezione, ſi ricorra alla R. Camera di S. Chiara, la quale ne giudichi ſommariamente. Coloro, che ſono ſtati eletti, non è permeſſo, che la ſeconda volta ſi eleggano, ſe non che paſſati due anni della prima elezione.

(a) §. I. Archiater ſingulis annis omnium hujus Urbis, suburbiorumque quum pharmacopolarum, tum aromatariorum officinas praeſens recognoſcat, adſiſtentibus octo illis ſelectis pharmacopolis. (b) Horum etiam officinas poſt alias recognitas recognoſcantur, adſiſtentibus tribus aliis de reliquo pharmacopolarum numero, qui tres, conjectis in urnam nominibus pharmacopolarum XX. officio antiquiorum extra octonarium illum numerum, ſortito capiantur.

(a) *Ex Pr.* 5. §. 1. & 5.
(b) *Ex Pr.* 1., & *Pr.* 5. §. 5.

§. I. Il protomedico viſiti ogni anno perſonalmente le ſpezierie di tutti gli ſpeziali di medicina, e manuali di queſta Città, e de' borghi coll' aſſiſtenza degli otto: *e viſitate le ſpezierie degli altri, ſi viſitino ancora le ſpezierie degli* otto *coll' aſſiſtenza di tre altri del rimanente numero degli ſpeziali di medicina, i quali tre, poſti in un' urna i nomi di venti ſpeziali di medicina più antichi d'uffizio oltre quel numero degli otto, ſi ſcelgano a ſorte.*

(a) §. II. In officinis aromatariorum ea tantum recognoſci jus ſit, quae medicinalia ſunt, veluti unguenta, emplaſtra, venena. (b) Quod vero medicinalium alia compoſita ſunt, alia ſimplicia, inter haec, & illa aliquid interſit. Compoſita aromatariis ne liceat conficere, habere, vendere: quae vero extra Regnum conficiuntur, & in Regnum inla-

ta

§. II. Nelle ſpezierie degli ſpeziali manuali ſi poſſano viſitare ſolamente le coſe medicinali, come gli unguenti, gl' impiaſtri, i veleni. Ma perchè delle coſe medicinali altre ſono compoſte, altre ſemplici, tra queſte, e quelle vi ſia qualche differenza. Agli ſpeziali manuali non ſia lecito di fare, di tenere, o di vendere le coſe compoſte: ma quelle,

che

ta ab eis emi magna copia mos eſt, ea impune habeant penes ſe, ab archiatro tamen recognoſcenda, excepto uno oleo lini, quod recognitioni eximitur. (*c*) Simplicia medicinalia nullo diſcrimine habeant aromatarii, ſed recognoſcantur ab archiatro, qui ſi qua noverit humanis corporibus prodeſſe, ea pharmacopolis aeque ut aliis vendi permittat: ſi qua noverit in alium, quam in medicinae uſum poſſe adhiberi, ea non pharmacopolis, ne abutantur, ſed aliis vendant in alios uſus: ac ne fraus fiat, quantitatem, & qualitatem utriuſque generis ſimplicium jubeat diſtincte adnotari. (*d*) Porro aromatarii quum ſimplicia, quae jus non eſt vendi pharmacopolis, aliis vendunt, diem, nomenque emtoris deſcribant peculiari libro cum adnotatione, quam archiater decrevit, tempore recognitionis conferendo. Quantum ad venena, ſervari, quae ſequuntur, juſſum. Aromatarii (*e*) ſi qua venena emerint, eorum elenchum archiatro exhibeant intra octavum diem, (*) nec ante vendant, ſi aut intra eum diem non exhibuerint, aut non dum exhibita vendiderint, aere, vel corpore pro circumſtantiis multandi. (*f*) Eorum quantitatem, qualitatem, ac pondus adnotent puculiari libro tempore recognitionis exhibendo. (*g*) Ea

che ſi fanno fuori del Regno, ed inrrodotte nel Regno ſi ſogliono da eſsi comperare in gran copia, impunemente le tengano, da doverſi però viſitare dal protomedico, eccettone il ſolo olio di lino, ch' è eſente dalla viſita. **Le** *coſe medicinali ſemplici è permeſſo agli ſpeziali manuali di tenerle ſenz' alcuna differenza, ma ſi viſitino dal protomedico, il quale ſe alcune ne conoſcerà giovevoli a' corpi umani, permetta, che ſi vendano così agli ſpeziali di medicina, come agli altri: ſe alcune conoſcerà poterſi adoperare per altro uſo, che per medicamento, permetta, che ſi vendano non agli ſpeziali di medicina, acciocchè non ne abuſino, ma agli altri per altri uſi: e perchè non ſi faccia frode, faccia diſtintamente notare la quantità, e la qualità de' ſemplici dell' una, e dell' altra ſorte. Oltre a ciò gli ſpeziali manuali quando vendono altrui i ſemplici, che non ſi poſſono vendere agli ſpeziali di medicina, notino il giorno, e'l nome del compratore in un libro particolare, che nel tempo della viſita ſi ha da collazionare colla nota, che 'l protomedico ne ordinò. Per riſpetto de' veleni ſi oſſervino le coſe ſeguenti. Gli ſpeziali manuali ſe han comperato veleni, n' eſibiſcano al protomedico la nota tra otto dì, nè prima gli vendano, da dovere, caſo che o den-*

Digitized by Google

Ea nec pharmacopolis vendant, niſi acceptis horum ſchedulis, quibus quantitas, & qualitas exprimatur, (h), nec aliis niſi acceptis medicorum ſchedulis, quae cauſſam contineant, cur emantur, nomenque ejus, cui eſſe uſui debeant. [i] Pharmacopolae quoque nemini vendant ſine ſchedulis medicorum, quae nomen ejus, cui uſui futura ſunt, prodant. (k) Schedulas iſtas aromatarii adſervent, ut, iis cum libro collatis, dignoſci poſſit, num reliqua quantitas major ſit, an minor, quam oportebat. (l) Venena, quae aromatariis licet habere, ac vendere, quaeque debent ab archiatro recognoſci, ſunt haec. (*) (m) Venena, quae in nundinis hujus Regni veneunt, hac Lege non comprehenduntur (*). (n) Quod pertinet ad ſchedularum, ac libri collationem, quoniam hydrargyrum ita natura comparatum eſt, ut ſola contrectatione minutiſſimae ejus particulae in auras abeant, ſicque nullo aromatariorum dolo, culpave aliquid de pondere ejus decedat; archiater, quantum inde potuerit contrectatione decedere, adhibitis peritis cognoſcat, tum ſchedulas conferat cum libro.

dentro quel tempo non gli eſibiſcano, o non eſibiti gli vendano, eſſer puniti di pena pecuniaria, e carporale ſecondo le circoſtanze. Ne notino ancora la quantità, la qualità, e 'l peſo in un libro particolare da eſibirſi nel tempo della viſita. Non gli vendano nè agli ſpeziali di medicina ſenza le coſtoro cedole, in cui ſi eſprima la quantità, e la qualità: nè ad altri ſenza le ricette de' medici contenenti la cauſa, per cui ſi comperano, e 'l nome della perſona, per cui debban ſervire. Anche gli ſpeziali di medicina non ne vendano a perſone ſenza le ricette de' medici eſprimenti il nome di colui, per cui dovran ſervire. Gli ſpeziali manuali conſervino coteſte cedole, e ricette, perchè, collazionate col libro, ſi poſſa conoſcere, ſe la rimanente quantità ſia maggiore, o minore ch' eſſer dovea. I veleni, ch' è lecito agli ſpeziali manuali di tenere, e che debbono dal protomedico viſitarſi, ſon queſti (ſi doveano inſerire). *I veleni, che ſi vendono nelle fiere di queſto Regno, non ſono compreſi in queſta Legge. Per quel, che ſi appartiene alla collazione delle cedole, e del libro, poichè l' argento vivo è tal per natura, che le ſue minutiſſime particelle, ſol che ſi maneggino, vadano in aria, e ſeguentemente ſenza dolo, o colpa degli ſpeziali manuali ſe ne ſcemi il peſo; il pro-*

(a) *Ex Pr.* 2.
(b) *Ex cit. Pr.* §. 9.
(c) *Ex cit. Pr.* §. 10.
(d) *Ex cit. Pr.* §. 11.
(e) *Ex cit. Pr.* §. 6.
(f) *Ex cit. Pr.* §. 1.
(*) Si è aggiunto dalla Giunta, e ſi dovea rap-

rappreſentare.

(g) *Ex* §. 2.
(h) *Ex* §. 4.
(i) *Ex* §. 3.
(k) *Ex* §. 5.
(l) *Ex d. Pr.* 2. *pr.* & §. 12.
(*) Si doveano inferire i nomi de' veleni.
(m) *Ex cit. Pr.* §. 13.
(*) Si ſtabilì di umiliare a S. M. alcuni provvedimenti circa i veleni, che ſi vendono nelle fiere.
(n) *Ex cit. Pr.* §. 13.

(*a*) §. III. Si quid impediat archiatrum, quominus praeſens recognoſcat officinas, quae ſunt in vicis hujus Urbis, liceat alium ſubſtituere in eam rem: ſed ſubſtituto tamen omnino adjungat unum octo illorum ſelectorum pharmacopolarum, quem eligat arbitratu ſuo; modo caveat, ne qua officina per eum recognoſcatur, qui illam ipſe pharmacis inſtruxit.

(a) *Ex Pr.* 5. §. 6.

(*a*) §. IV. Ne qua vero fieri fraus poſſit, archiater officinas intra annum recogniturus pharmacopolas, & aromatarios occupet inopinantes: proinde is nec pharmacopolis, aromatariiſve certum menſem, diem, horamve praeſtituat in eam rem: nec quod animo deliberavit, cuiquam alii aperiat: quin ipſos pharmacopolas, quibus adſiſtentibus recognoſcendae ſunt officinae, inopinato advocet: pharmacopolaeque iſti, ut primum ſunt acciti, praeſto adſint archiatro, hujuſque conſilium ne prodant. Ne quis autem pharmacopolarum, aromatariorumve re-

protomedico, adoperati i periti, vegga, quanto col maneggiarſi ne ſia potuto mancare, indi collazioni le cedole col libro.

